

habetur notitia, puta ex abortu occulto, vel quia ab omnibus creditur mortuus naturaliter is, vel concordia cum competitoribus nulla poterit oiri suspicio perpetrati delicti, quod proflus ignoratur.

Præterea etiam in casu, in quo homicidium esset publicum & super commissum, & in eodem loco, non desissent modi prudentiales satisfaciendi competitoribus.

74 Sed etio satisfacere competitoribus absque eo, quod seipsum proderet, nihilominus non esset liberatus à reititutione, quia impedimentum, vel impotentia reitituen di non extinguit substantiam obligationis, sed suspendit illius effectum in tempus, quo impedimentum cessaverit, & ita civilis, & naturalis obligatio remanet, sed est inefficax durante impedimento, hic est text. in c. Odoardus, de solut. & hic glos. ultima, Hostiens. num. 8. Joan. Andr. num. 6. Butr. in 1. notab. & num. 3. & num. 14. Card. in 2. quæst. circa fin. vers. In glos. 3. Anchar. in 8. notab. Imola num. 1. & Abb. in 3. notab. Rota decis. 21. num. 5. de re judic. in Antiq. Callador. decis. 11. num. 1. de re scripte.

75 Nunc videamus, an obliet secunda difficultas incertitudinis personarum, quibus faciendâ est reititutio, & sanè si provilus nulliter de beneficio in concursa non habeat nisi unum competitorem, nulla erit incertitudo, quia illi beneficium est de jure debitum, ac proinde ei soli satisfaciendum erit, vel cum eo concordandum, juxta doctrinam D. Thomæ, & communem oitensum est supra num. 17. & 26. Et idem dicendum si competitors fuerint plures, sed unus tantum sit superflus, eo quod alii jam sint mortui vel Religionem ingressi, aut aliud æquale beneficium incompatibile affectu, quod si tres, aut quatuor, vel plures superflui ex approbatione, tunc si unus atate, moribus, doctrina & prudentia sit ceteris omnibus longè præstantior, & de hoc sit fama publica in loco, communis omnium reputatio, utique eum securitate conscientie, poterit nulliter provilus illi satisfacere vel beneficium ei renunciando vel dando recompensationem, teneatur enim investigare cui faciendâ sit reititutio, secundum D. Th. in 4. sent. dist. 15. q. 1. art. 15. q. 4. ad 1. & in 2. 2. quæst. 62. art. 5. ad 3. Et satis est, ut ex probabilitate morali intelligat se illi & non alteri damnum intulisse, ad hoc ut ei satisfaciendo sit tutus quoad Deum, cap. fin. de injur. & dam. dat. leg. Si servus, la secunda, §. Si ex plau-

stro, & l. Qui occidit, §. in hac ff. ad l. Aquil.

Nec dicatur judicium de magis idoneo ad solum Episcopum pertinere; quoniam post Bullam Pii V. Episcopus in hoc nullum habet arbitrium, sed tenetur præciè eligere digniorem ex approbatis, ut patet ex dictis supra num. 26. & 26. Unde qui in fraudem obtinuit parochialem posthabito Episcopi judicio, poterit tunc satisfacere illi qui communi omnium estimatione habetur pro digniori.

Si verò nullus ex competitoribus evidenter appareat eminentior, tunc nulliter provilus si irregularitatem, seu inhabilitatem contraxerint sine culpa & peccato poterit adire Episcopum publicè & palam de de illius consilio satisfacere; si verò eam contraxerit ex delicto, poterit idem revelare in Confessione Sacramentali se esse inhabilem ex quodam impedimento occulto ad parochialem retinendam & ideò se promptum esse ad illam resignandam vel satisfaciendum illi ex competitoribus, quem ipse Episcopus magis idoneum judicaverit.

Et ad extremum si neque ex judicio Episcopi, neque aliunde constare possit, quis ex competitoribus sit dignior & omnes videantur æquè idonei, hoc casu poterit omnibus satisfacere æqualiter, non quidem per resignationem beneficii, quod divisionem non patitur, cap. Majoribus, de præbend. Sed per illius estimationem, ad glossam primam, in regula Peccatum, de regul. jur. lib. 6. videlicet cautè solvendo pecunia cuiusque suam portionem arbitrio Confessionis juxta consilium D. Thom. in 2. 2. qu. 62. art. 6. ad 2.

Alia remedia poterunt suggerere varia accidentia & circumstantie diversis que modo nos divinare non possumus. Hoc autem est, quod majores nostri non putarunt prædictam clausulam, Si & postquam, &c. esse impracticabilem, alioquin eam non apposuissent, sicut apposerunt in formulario circa annum 159. & servarunt Clemens Octavus tunc M. Penitentiarius, Julius Antonius Cardinalis S. Severini successor Clemenis in eodem officio. Lucius Cardinalis Salsus Regens, Cardinalis Toletus Confultor Theologus, & Hieronimus Cardinalis Pamphilus Sanctissimi D. N. Innocentii X. Patruus Confultor Canonista, ac deinde Regens, & iterum de anno 1612. D. Coccinus Regens, P. Julianianus Confultor Theologus, & D. meus Joan. Franciscus Fagnanus Confultor Canonista in formulario ab eis reformato & subscripto.



NE PRÆLATI VICES SUAS VEL ECCLESIIIS

SUB ANNUO CENSUS CONCEDANT.

Alexander III. in Concilio Lateranensi.

CAPUT I.

Præterea, quoniam quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui Decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate Episcopalem jurisdictionem exercent; Præsenti decreto statutimus, ut qui de cætero hoc præsumperit, officio suo privetur, & Episcopus conferendi hoc officium, potestatem amittat.

SUMMARIUM.

- 1 Pecuniam datus ut spirituales jurisdictionem emercent, officio privari & sic conferens illud amplius conferre non poterit & canonicè junctur.
- 2 Jurisdictione Episcopalis est quæ spirituale & pretio conferri non potest, sine labe simoniae.
- 3 Simonia non committitur in Curia Romana in his quæ simonicae sunt, quia prohibita, si fiant Principe autorizante & scienter.
- 4 Sicut in his quæ prohibita sunt quia simonicae.
- 5 Beneficium Ecclesiasticum vendere an sit simoniacum quia prohibendum vel è converso.
- 6 Annata utrum in Curia Romana exigantur licitè & sine vitio simoniae, latissimè discutitur usque in fin.
- 7 Annata à quibus impugnentur.
- 8 Annata unde dicatur, quid sit, & quot illius species.
- 9 Annata propriè sumpta quæ & quanta sit & de quibus beneficiis solvantur.
- 10 Annata Beneficiana quæ.
- 11 Commune servitium quid sit.
- 12 Minuta servitia quæ.
- 13 Quidemum quid sit.
- 14 Annatarum origo & antiquitas, & n. seq.
- 15 Damasi Papæ testimonium de annatis.
- 16 Consuetudo Ecclesiæ Romanæ prævalet auctoritati eujuscumque Doctoris.
- 17 Annatarum justitia deducitur ex Jure Divino & naturali & n. seqq.
- 18 Decimarum decima summo Sacerdoti in lege veteri ex præcepto divino à Levitis præstantur.
- 19 Annata solvantur Papa loco decimarum, ibidem & n. 25.
- 20 Joannis Andreae propositio in Concilio Viennensi de vigesima reddituum totius Orbis à Clericis persolvenda pro sustentatione Papæ & Cardinalium, & n. 75.
- 21 Decima debentur Jure Divino omnibus curam animarum habentibus.
- 22 Parochus fundat intentionem de jure communi super decimis & Episcopus super quarta decimarum.
- 23 Papa constitutus est Sacerdos totius gregis Domini & n. seqq.
- 24 Sacerdotibus debentur stipendia labori Jure Divino, naturalique.
- 25 Decima Papales exiguntur pro ingruentibus Ecclesiæ necessitatibus, nec sunt peremptoriae.
- 26 Ecclesiæ est unum corpus mysticum in multa membra diffusum instar corporis humani.
- 27 Capite languescente cætera membra quoque inficiantur.
- 28 Ecclesiæ omnes prodierunt ex utero Ecclesiæ Romanæ.
- 29 Papa est sponsus universalis Ecclesiæ & Pater Patrum.
- 30 Pater potest cogere filios ad præstanda sibi alimenta ipsos etiam vendendo.
- 31 Filia tenetur alere matrem inopem jure natura.
- 32 Patri spirituali non minus obsequi debemus, quàm carnali.
- 33 Ecclesiæ omnes mundi Romanæ subsunt Ecclesiæ.
- 34 Et quicquid habent in seculo, habent separatim quodammodò à fratribus Dominicis Doctus permissa.
- 35 Ecclesiæ Romanæ cum altitudinè percipit ab Ecclesiis inferioribus, nihil novi acquirit, sed retinet quod suum est.
- 36 Subsidiium charitativum debetur Episcopo indigenti ab omnibus Ecclesiis suæ Diocesis.
- 37 Et contraria præscriptio non valet.
- 38 Papa necessitatibus tenetur Ecclesiæ omnes subvenire si requirantur.
- 39 Papa potest collectare Ecclesiis totius Orbis.
- 40 Princeps secularis potest subditis subsidiium imponere etiam sine causa.
- 41 Annatarum justitia sulcitur jure gentium.
- 42 Item jure Ecclesiastico, n. 45.
- 43 Sacerdotes Gentilium in ingressu Sacerdotii mediam partem reddituum summo Sacerdoti administrant.
- 44 Martini V. decretum de annatis Papæ solvendis approbante Concilio Constantiensi.
- 45 Fructus beneficium vacantium ut Episcopo vel alteri ex justa causa sit reservati, introducti potest privilegio, consuetudine vel statuto.
- 46 Romanam Ecclesiæ excusat necessitas, cum non possit de suo omnibus providere.
- 47 Tributa solvantur Principi ex publico in recognitionem universalis Domini.
- 48 Et sunt imperceptibilia.
- 49 Salarium debetur ex publico cuilibet judici Ordinario.
- 50 Papa dicitur Princeps Principum & Dominus Dominantium.
- 51 Item Index omnium mortalium & ordinarius singulorum.
- 52 Spiritualia sine corporalibus diu esse non possunt.
- 53 Annata temporis diuturnitate ex voluntariis facta sunt necessaria.
- 54 Actus qui sonat in vitium & in non vitium, in dubio interpretari debet in non vitium.
- 55 Consuetudo præsumitur habuisse bonum initium.
- 56 Eleemosinarum usus an habeat locum inter Clerum & Clericum.
- 57 Papa quod datus Petri Sacerdoti datur.
- 58 Basilienfis Concilii decretum contra annatas refertur. Resilitur.
- 59 Petri de Monte Episcopi Brixienfis oratio pro annatis ad Regem Angliæ, ibidem.
- 60 Angli ante subtractionem obedientiæ soluebant Romanæ Ecclesiæ communia & minuta servitia, non autem annatam Beneficentiam, & cur.
- 61 Denarii S. Petri quid sit.
- 62 Pragmatica sanctio uti schismatica à Rege & Parlamento Franciæ & Lateranensi Concilio abrogata est.
- 73 Glossatoris Pragmatica sanctionis invidiosa contra annatas retunditur.
- 64 Annalia & vacantia differunt ab annatis.
- 65 Consuetudo secundum quam Canonici dant aliquid in sua receptione, an valeat, & n. 81.
- 66 Annata est onus impostum fructibus beneficiorum, non autem beneficiato & n. 81.
- 67 Consuetudo Normandiæ & Diocesis Parisiensis exigendi annalia pro disportu an sit reprobatâ.
- 68 Annatarum solutioni nulla inesse potest licitationis suspic-



verni potest. Ea si quidem in tot praelaris Pontificibus, ac sancti patribus observata sine magna & rationabili causa violari non debuit, & paulo post dicit: Loco vero ac tempore nullatenus convenit, nam pro tempore, quo legem illam ediderunt, omni dominio temporali erat summa Pontificis tirannorum potentia spoliatus, d propria Sede vi & rebellionem subditorum expulsi, ejus pretiosa supellex vulgi praeda exposita omnia ejus ornamenta direpta, adeo ut non summi Pontificis ornatu, sed abjecti Monachi vestitu urbem reliquerit, ac demum insignem Italia urbem Florentiam solus, profugusque intraverit. Quae quidem si legis hujus latore prius, ac reverenter considerasset, non solum hoc temporali auxilio non privassent, sed si nunquam antea id exigere licuisset pro necessitate rerum ac temporis eam exactionem instituere debuissent, & paulo post. Nullam in se continet dicta lex utilitatem, nullam praesens necessitatem. Debit siquidem res tam gravis, tam ardua sapienter diceret, crebro venturari & tandem magni animi maturitate sapientiaque concludi, debuit celsissimorum Patrum voluntas inquiri, debuit omnium nationum consensu adherere doctissimorum hominum quoque vota serentari, corumque praesertim qui Deum praeculis habentes zelo justitia, non desiderio vindictae duci viderentur, qui si auditi essent, nunquam tam nefanda rei consensissent. Honoratissimum Christianissime Princeps, superiorum temporum Concliam mirum in modum Apostolicam Sedem & Christi Vicarium illi praesidentem, nec utquam ejus Primatum, dignitatem ac privilegia attingere, neque violare praesumserunt. Cum enim venerat Sancti Patres synodaliter convenientes sine autoritate Summi Pontificis Synodum Generalem non posse convenire ipsa quoque Concilia roborat, autoritatem & firmitatem ab illo accipere, sacrosanctum ac vere hereticum esse iudicant, si unam in loco convenientes aliquid adversus illum agerent, quom autorem & Principem suam Divina voce agnoscerent. Ad hoc Sanctissimum Patrum laudabili more longe declinavit haec Synodus, legat quocumque voluerit ejus Canones & Decreta, animadvertit ejus actiones & opera, perpanca certe invenit ex zelo fidei & charitatis fervore processisse aut ad utilitatem publicam emanasse, sed omnia plena sunt odii, diffidii & ambitionis, omnia nequam ad debilitationem, sed ad subversionem Supremi Capituli Ecclesiae quorundam machinationibus ordinata. Haec tenens verba Brixienlis quae quanti ponderis fuerint exitus ipse probavit, nam Rex Angliae illorum vi ac rationum momenta permotus, nulla habita ratione illius Decreti, permisit ut in suo regno Ecclesiam pergerent in solutione communitatis & minorum servitium atque ut regni iocunde praesarent denarios Sancti Petri, media enim annata Beneficiationem Angli nunquam solverunt, quia illius loco satis vitium est Romanis Pontificibus habere hoc veltigal denariorum Sancti Petri, de quo fit mentio in c. Auditis de praescript. Et in c. Ea qua de censu ubi glossa dicit hanc esse quendam pfectionem quam Angli devoverunt & promiserunt dare Ecclesiae Romanae quolibet anno certam pensionem; & vocatur haec datio Vilitatio sive Deparii Beati Petri) Est autem tributum duorum denariorum quod a singulis exactum domibus Aedulis seu Edchulphus Angliae Rex Romanum profectus ad Leonem IV. primus obtulit Beato Petro, ut testatur Vincent. antiquissimus Chronographus lib. 24. c. 36. & Joan. Nauclerus in 29. sua Chronographia In. cujus exactione perrexerunt Pontifices quousque Henricus VIII. Clementi VII. subtraxit obedientiam. Itaque Angli injustum illud Basiliense Decretum nunquam acceptarunt. Sed & Eneas Sylvius postea Pius II. qui in minoribus agens Basiliensi Synodo adhaesit, postea ad Pontificatum egressus contra detraclantes solvere annata, quae refertur in alia Constitutione Innocentii VIII. quae incipit Apostolica in Bullar. tom. 1. pag. 176. & de revocatione actorum Concilii Basiliensis, vide quae scripsi in c. Signi casti supra de elect.

62. Everto autem & conquassato fundamento Decreti Basiliensis de annata, necesse est ut similiter corrumpat pragmatica Sanctio Gallicana super illo ex edictis. Cum Paulus 1. q. 1. c. Veniens de Praeb. non baptiz. Praterquam quod pragmatica illa Sanctio, utpotè Regni Franciae corruptela schismatice temporis Caroli VII. autoritate à non habentibus potentate cum maximo animarum periculo & scandalo dignitatisque Apostolice detrimentum & vilpendio in Concilio Bituricensi promulgata anno Domini 1438. die 7. Julii à Ludovico XI. Francorum Rege tanquam schismatica abrogata & abolita est, ut in litteris patentibus abolitionis relatis, tom. 4. Concil. par. 1. pag. 36. Item à Parlamento Franciae, ut in litteris cassationis quae habentur eodem tomo pag. 107. Ac demum ab Eugenio IV. Nicolao V. Pio II. & Leone X. in Concilio Lateranensi, ut in Constitutione quae incipit Pastor aeternus edita 14. Kalend. Januarii 1516. in 11. sess. ut patet eodem tomo 4. pag. 38. & 120. eamque Romani Pontifices non fecit ac perniciosam heresim execrati sunt, ut habetur in notis ad Consilium Bituricense eodem tomo, p. 410.

Secundò, contra annatas opponitur dicta cususlam Cosmae Guimier, qui glossavit pragmaticam sanctionem: Hic enim in titul. de annatis, in verb. Annatarum; contra hujusmodi exactiones invenit his verbis. (Annatarum sic vulgariter dictarum, quia per annum emolumenta beneficiorum percipiuntur & adhuc hodie percipiuntur in Curia Romana,) & alibi: Et de ipsis notatur in Clement. quia Regulares, §. Præmissa de suppl. neglig. Prælat. & dicitur annata in Extravagan. Joan. XXII. Suscepti & vacantis, inf. cod. §. Item ex nunc & ante tempora Joan. XXII. raro, vel nunquam exigebatur. Sed ipse Papa per Extravag. Cam nonnulla: in qua supponit aiam prius fecisse & se refert, asserit fructus primi anni Ecclesiarum Cathedralium vacantium ad trentium in aliquibus Orbis partibus pro necessitatibus Romanae Ecclesiae suae Camerae reservasse. Sed quod temporaliter ab aliquibus Ecclesiis duntaxat pro necessitate temporis ab eo exactum fuit, in perpetuum & ad omnes Ecclesias postea à Bonifacio IX. qui primus indifferenter Ecclesiasticis beneficiis annatarum usum impoluit, extensum est contra totius divini & humani juris dispositionem 1. quæst. 1. & quæst. 3. per totum & in juris supra allegatis. Nonne scriptum est, Neminem convictus & cap. 24. quæst. 1. militate. Et quod gratis acceptus, gratis datur; namquid Simon Magus cum gratiam Spiritus Sancti emere vellet, damnationis suae sententiam à Petro audivit, Pecunia tua tecum sit in perditionem, 1. quæst. 1. Qui studet. Et qui sunt illi, qui dant & recipiunt annatas, nisi ementes & vendentes in Templo, quos Christus ab illo eiecit, 1. quæst. 1. Vides etiam ex eventu solo damnanda sunt: nam ex hoc indigni & qui plus pecuniarum habent, promoventur. Et dignus est Praetura, cui non actionis meritum, sed copiarum praemia suffragantur. Unde rellat ut nihil sibi in Ecclesiasticis honoribus gravitas nihil sibi defendat industria, sed totum auri prophanus amor obtineat, quæst. 1. Ferrus, l. Si quemquam, Cod. de Egij. & Cler. pro solutione annuatium praerogative mobilia etiam pretiosa Ecclesiarum venduntur, parentes promotorum pecunias exhaustis destruantur & materia exigendi à subsidiis paratur, ut quotidie videmus promovers à subsidiis sub veimento iucundi adventu, quem tristem olim munera Prophetiae non accipiebant, sed filipes tabernaculi. Mali autem, qui accipiebant, propheta, quae domum Dei erat, in divinationem, quae diabolica est convertitur: quid aliud colligitur, nisi ut ait Hieronim. Idcirco propter vos Sion quasi ager aridus & Hierusalem in custodia Pomerii erit, 1. quæst. 1. Judices. Et dicit Joan. Andr. in cap. Inter cetera, de Offic. Ordinari. Quod optaret quod Curia Romana recipere vigesimam partem fructuum Clericorum totius orbis ad sustentationem Papae & Cardinalium; & nihil exigi, vel recipi posset pro communibus servitiis & fructibus primi anni, quae recipit à Praelatis quot promovet, exceptis salaribus laborantium, puta scriptorum & similibus; & tunc provideret Legatis & Nuntis quot mittit, de praedicta quota, & abstineret ab annatis exactionibus decimarum & similibus. Et quod de hoc fuit factus sermo in Concilio Viennensi. Sed deliberaverunt Praelati ibidem existentes non facere. Et forte bene, ut dicit Joan. Andr. quia tanta viger insatiabilis cupiditas & quod si fieret & itud & illa perciperent.

Sed quantum hic vir Sedi Apostolicae & supremæ Romani Pontificis dignitati invidet iuris dictis, seu potius male dictis clare patefecit. Ruddavie enim venenum, quod hauserat ex Concilio Bituricensi, & ut gratiam aucuparet Praelatorum Gallicae, qui contra annatas prevaluerant in Synodo Basiliensi & pro illius pragmatice revocatione citabantur in Concilio Lateranensi per Julium II. inchoato, composuit glossam textui non dissimilem, cum utrumque manuerit ex eodem fonte livoris & odii in Romanos Antiquitates. Quod bene animadverit Jacob Simonetta Rotæ Auditor & postea Cardinalis, nam in tract. de reservat. quæst. 62. sic ait. (Non omnino quod quidam Doctor Gallicus in quodam opusculo super Pragmatica Sanctione inferentis Pontificis potestati & favens in omnibus pragmaticis sanctionibus semper eventire solet impugnantibus veritatem et prola mendacia, quam voluit. Primo enim dicit appellari annatas, quia per annum emolumenta beneficiorum percipiuntur & adhuc hodie percipiuntur in Romana Curia quod fallum est quia verè Curia non percipit nisi dimidiam partem fructuum ut patet ex dictis supra, n. 9. & 10.)

Secundò, dicit de his fieri mentionem in Clemen. Quia Regulares, §. Præmissa de suppl. neglig. Prælat. & appellari annata in Extravag. Joannis XXII. Suscepti, quod idem fallum est, quia annata multum differt à vacacionibus & annalibus de quibus loquuntur praedicta jura & alia superius citata, n. 45. Seraph. decis. 14. c. n. 11.

Tertiò, asserit annatas ante tempora Joannis XXII. raro vel nunquam exactae fuisse, quod falsissimum esse constat

63

63

63

ex his quae de annatarum origine & antiquitate dicta sunt supra, n. 14. & seq. Quartò, refert Joan. XXII. Extravag. cum nonnulla, asserere se pro necessitatibus Romanae Ecclesiae reservasse suae Camerae fructus primi anni Cathedralium vacantium, in hoc eussae, quia Papa Joannes asseruit se per alias suas litteras reservasse fructus primi anni beneficiorum Ecclesiasticorum in diversis Orbis partibus, non tamen Cathedralium & Abbatiarum regularium.

Quintò, asserit quod à Joanne XXII. temporaliter ab aliquibus Ecclesiis duntaxat pro necessitate temporis exactum fuit, postea in perpetuum & ad omnes Ecclesias à Bonifacio IX. extensum fuisse. Hoc loco manifestè detegitur Auctoritas multi, quia tacuit Bonifacium IX. instruisse dimidiam annatam loco illius integræ quae prius exigebatur, ut patet ex dictis supra, n. 10.

Sextò, dicit Bonifacium XI. primum omnibus beneficiis annatarum usum impoluisse, quod itidem à veritate alienum esse convincitur ex supra dictis, n. 9. & seq.

Septimò, adducit asserit Bonifacium hoc fecisse contra totius divini & humani juris dispositionem, hoc erroneè esse manifestè liquet ex his, quae de iustitia annatarum latè supra explicavimus, n. 17. usque ad n. 60.

Octavò, plura effundit de simoniae labis in exactione annatarum, sed quam temerariè & sacrilège loquatur usque ad autoritatem Hieronymi, per se patet. Quam verò sit alienum à veritate hujusmodi exactionibus inesse aliquod vitium aut suspitionem simoniae, evidenter patet ex his, quae dicuntur infra in response ad tertiam principalem oppositionem. Et ipsemet Glossator hanc veritatem vel invocavit admittit; nam in praesigato tit. de annatis, super gloss. in verb. Benef. suscipitur, querit, an hic reprobatu consuetudo generalis in omnibus Ecclesiis Collegiatis secundum quam Canonici dant aliquid in sua receptione, & resolvit distinguendo his verbis. (Potest dici quod si consuetudo imponit hoc omnia praebeunda & non recepto, & valet in favorem Cultus Divini, argum. c. Significavit de praebend. & c. 1. ut Eccles. benef. & hoc casu potest esse verum; quod à principio etiam cautio exigi possit, argum. 18. quæst. 2. Servitium.) Quae verba multum conferunt ad justitiam annatarum, cum sint omnia impositum non ipsis promotis, sed beneficiis aut fructibus beneficiorum, ut in c. Si praeter, de reservat. lib. 6. & c. Si tibi, de praebend. Præterea quidem Glossator ibidem subijcit haec verba. (Similiter potest queri an hic damnetur consuetudo quasi generalis in Normandia. In Docei Patrisiensis, aliis pluribus locis, ubi Episcopi & Archidiaconi percipiunt fructus primi anni beneficiorum vacantium pro depurto.) Et videtur quod non, quia talem consuetudinem jura approbant, c. Praesent. & Porro, de offic. ordin. lib. 6. excepto quod habetur in cap. Quia saepe de elect. eod. lib. & in Clem. Statutum, n. 1. eodem tit. & Doctores, ut notant Joann. Andr. in cap. Nemo, de regal. lib. 6. in not. ubi allegat Extravagantem Joannis XXII. Suscepti regimini ubi hoc est dictum, allegat eam in Clem. 1. de concess. praebend. in Clem. 2. de decim. non est autem verisimile unico verbo tot jura subverti. Ideo posses hunc intelligere textum cum tales depurto, vel annate exigantur pro collatione, vel investitura, aut aliis spiritualibus, ita quod illa sunt causa immediata, praterquam talia exiguntur. Quippe haec ratio, quod ibi ponit Glossator pro sustentatione illius consuetudinis per Canones & extravagantes ad commonum Episcoporum & Archidiaconum approbat, longe magis conclusit in favorem Summi Pontificis & Sanctae Sedis Apostolice praesertim cum causa exactionis annatarum non sit collatio, neque beneficium; sed vacatio & fructus ipsius, ut patet in response ad tertiam oppositionem.

68. Nondò, damnat annatas ex eventu, ed quod exinde promovetur indigni & qui plus pecuniarum habent, sed certè cum annate sint certa & nota Episcopatum quidem & Monasteriorum ex taxa qua habetur in libro Camerae, inferiorum verò beneficiorum ex ipso verb valore qui exprimitur in litteris non potest esse locus emittitae per ipsum Glossatorem licitationi praesertim cum summa praedicta non solvantur Pontifici ad manum, neque tempore quo sunt provisiones, sed postea officialibus ad id deputata quodcumque liber ipsis provisio litteras expedire quae plerique ut inferius dicetur, nunquam expediunt. Præterea licitationi praedictae, etiam maxime vellet Papa quod abbat, vis locus esse potest quoad Episcopatus & Monasteria quae serè omnia conferunt nominatim à Regibus & Principibus sub quorum temporali ditione existunt, nec non à Capitulis & Conventibus qui facultatem habent eligendi & nominandi, ita ut non remaneat Pontifici libera Episcopatum & Monasteriorum provisio, nisi in certis Italiae partibus, ut plenè notavi in c. 1. supra de elect.

69. Decimò deprobat quod à pro solutione annatarum mobilia Fagnani, in c. 1. Lib. Decretal.

etiam pretiosa Ecclesiarum vendantur, sed hoc est manifestum mendacium, nam cum solutio annata fiat in actu expeditionis litterarum, quomodò provisio pro hac solutione potest distrahare bona Ecclesiae cujus possessionem nondum est adeptus? Quòd si urgeas, saltem provisio alienabit pretiosa Ecclesiae ut relevet se à sumptibus quos passus fuit in solutione annata, ergò mendacium est quod dicit Glossator mobilia Ecclesiarum ditrahi pro solutione annalium. Præterea nec pro relevatione à sumptibus contingit alienatio hujusmodi, quoniam pro Episcopatus & Monasterii taxa non excedit dimidiam veri valoris & quilibet provisus statim recuperaturus est fructibus multiplicata simonia in Episcopatus & Monasterii; & duplicatam in inferioribus vel portis multo majorem; cum rarissimi sint Episcopatus & Monasteria quorum fructus non sint aucti à tempore quo inlaurate fuerunt dicte taxa à Joanne XXII. unde à communiter accidentibus fructus beneficiorum potius aucti praesumuntur quam diminuti, ut dicit Rota apud Card. Seraph. decis. 1393. n. 3. & in beneficiis inferioribus serè nunquam verius valor exprimitur, & nihilominus talis qualis exprimitur, semper intelligitur deductas omnibus expensis & oneribus consuetis, Rota in antiq. decis. 60. de concess. praeb. & in recent. decis. 444. n. 5. part. 2. Felin. in c. Ad aures. n. 13. veri. Duodecima conclusio de refer. unde nullatenus libet necessitas quam Glossator committitur, vendendi mobilia etiam pretiosa Ecclesiarum pro solutione annatae.

Undecimò exaggerat destructionem pecuniarum Gallicae, sed hoc quoque est merum commentum, cum ipsi Gallicis indultum sit à Sede Apostolica, ut pro beneficiis inferioribus non solvant annatam & liceat eis imponere quorumcumque beneficiorum fructus exprimere sub valore viginti quatuor ducatorum, ut in concordatis Franciae inter Leonem X. & Franciscum I. anno 1517. & in declaratione ipsius Leonis Kalendis Octobris ejusdem anni, ut in Constitutione quae incipit Romanus Pontifex & habetur in Bull. tom. 1. p. 507. & pro Confortialibus solvantur communis & minuta servitia pro medietate fructuum primi anni duntaxat, ut in Constitutione Gregorii XII. incip. S. D. N. & c. Penitus quatuor claudibus quae licet ad quinquagesimum facta fuerit, tamen usque in praesens est observata, excepto illo tempore quo viguit pragmatica Sanctio. Idque pro Ecclesiis & Monasteriis quae ex illo dicuntur in patria redicta, id est pro Ecclesiis & Monasteriis illarum Ducetum quae tempore praedictae Constitutionis Gregorianae erant sub temporali Dominio Regis Franciae & habentur indice alphabetico descriptae in Libris Cancellariae & referuntur à Hieron. Paulo Barchinon. in sua practica Cancellariae sub tit. Provinciae in quibus decima redicta est, videlicet Archiepiscopus Lugdunen. Rothomagen. & Episcopatus Claromonten. Et haec solutio medietatis fructuum sit juxta taxationem Ecclesiarum Cathedralium & Monasteriorum, quae habetur in libro Camerae & non attigit tertiam partem veri valoris. Undè eum hujus tertiae partis provisio non solvant nisi dimidiam; & hinc liquet apparet communis & minuta servitia vix attingere sextam partem fructuum veri valoris & tamen pro hac sexta parte provisio mox recepturi sunt integros primi anni ut praediximus.

Demum ex autoritate Joan. Andr. quem diminutè & depravate refert Glossator, potius elicitur efficax fundamentum pro annatarum jura: etenim si Patres Concilii Viennensis cognovissent illarum exactionem praesertim aliquid vitium, aut suspitionem simoniae, absque dubio illas prohibuissent; & tamen nec prohibere voluerunt, nec commutare in vigesimam fructuum, sed magis finire ut exigenter ut prius.

Tertio, contra annatas opponitur autoritas viri clarissimi Joannis Gerlonis Cancellarii Parisiensis in tract. de simonia, cujus haec sunt verba: super materia simoniae labis ad radiationem beneficiorum per Papam resolvendo materiam ad radiationem sacrae Scripturae, quae dimissa, percurrere ramos opinionum particularium sine caret, ponitur haec unica conclusio. Simoniaca labes contra jus divinum, vel simoniaca specie suspectum est in conferente beneficium Ecclesiasticum, etiam si Papa, exigere, vel extorquere à beneficiando promptum pecuniam sub titulo primorum fructuum, ac impedire provisionem & officiationem suam, quousque solvitur illam pecuniam.

Verum egregius hic vir ex falsis suppositionibus deceptus est ab illis; qui in Concilio Constantiensi annatarum communium & minorum exactionem sine imoniam condempnabant, asserentes Papam quasi ex contractu pro collatione beneficii exigere illam pecuniam contra Evangelicam preceptum, videlicet, Gratis accipitis, gratis date. Undè non ita locutus fuisse, si rem ipsam ut sic habebat intellexisset; sic autem habet: Leges, aut verisimilissima consuetudine introductum est, ut vacantium Episcopatum & Abbatiarum Papa & Collegium Cardinalium ex fructibus primi anni sub

R



nobis, de decim. & sunt eius in domo Domini. Malach. 3. c. *Revertimini* 16. q. 1. & c. *Decimas* 7. cum debeat dari eis à quibus spiritualia recipiuntur, c. *Eccelesias*, §. *Hic* n. 1. q. 1. gl. 2. n. 6. *Quomodo de decimis*, adeo ut Parochi de iure communi fundant intentionem super decimis percipiendis, c. *Cum contingat eos*. n. 8. Episcopi super quarta decimarum ab hisdem Parochis percipienda, c. *Conquerente*, §. *Nos autem de Ofic. Ordin. c. De quarta de prescriptis*, §. *de his ubi Gemin.* circa finem 10. q. 1. Rota apud Card. Seraph. det. 1449. & super aliis. Quod cum ita sit, absurdum plane esset ut Summus Pontifex qui constitutus est Pastor totius Gregis Domini, Joannis 21. c. *Significasti de elect.* & omnium Ecclesiarum curam & sollicitudinem gerit, c. *Cum instantia de censibus*, saltem à suis Ministris in tanti laboris stipendium nihil exigeret, dicens Apollolo 1. ad Corinth. 9. *Qui plantat vineam & de fructu eius non edit? Qui pascat gregem & de lacte eius non manducat? Scriptum est enim: Non aligabis os bovi trituranti; & infra. Delos in spe qui arat arare & qui triturat in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia seminavimus, non valemus est si nos carnalia vestra metamus; & paulo post. Nescitis quoniam qui in Sacratio operantur, que de Sacratio sunt edunt; & qui Altari deservierunt cum Altari participant. Hec hic. Quid si de inferioribus membris & Ministris Ecclesiarum constat Apollolorum hoc dixisse, qui in partem sollicitudinis sunt vocati, c. *Decretis* & c. *seq. n. 2. q. 6.* quanto magis de Pontifice Maximo eius Capite qui credita est cura omnium Fidelium Clem. *Pastoratus de re iud. dist. Extravag. Unigenitus de pan. & remiss.* & cum certum sit Summum Pontificem nullibi accipere decimas, quandoquidem decime Papales imponuntur duntaxat pro extrordinariis & ingruentibus Ecclesiarum necessitatibus, ut in c. *Cum ad liberandum in parte de re de censibus*, nec in perpetuum exhibitur, ut notat glossa in clem. 2. in verbo *ad tempus*, eod. tit. dicendum est hanc annatarum exemptionem fieri loco decimarum, ut plerique summa cum ratione censuerunt, ac prout Summo Pontifici debitam esse iure Divino & naturali.*

Tertio annatarum exco tione iustificatur itidem ex iure naturali, quoniam Ecclesia universalis est unum Corpus mysticum in multa membra divisum inlar corporis humani, c. *Novitissimus*, 7. q. 1. cap. *Loquitur Dominus* 24. q. 1. dicente Apollolo ad Roman. 12. *Multi unum Corpus sumus in Christo, singulis autem alter alterius membra*, c. *Singula* 89. dist. Hujus autem militici corporis Caput est Romana Ecclesia, membra vero Ecclesie inferiores per Obem diffuse, ut in d. c. *Loquitur* & in c. *N. non decet* 12. dist. Quemadmodum autem in corpore humano singula membra debent iure nature capiti languenti opem ferre, ne alioquin capite languescente, ipsa quoque membra inficiantur, ut dicitur textus in c. *Merito* 16. q. 1. Ita & Militico Ecclesie Corpore Romana Ecclesia illius capiti languenti ob multiples quibus assidue premitur, necessitates tenetur reliqua membra, id est Ecclesie inferiores, conferre temporalia subsidia. Et sicut Romanus Pontifex universalis Ecclesie Præful & Governator debet ad singula ejusdem corporis membra alimenta transfundere, ut formaliter inquit Card. post Guilelmum de Monte Lauduno in clem. *Quia contingit* n. 4. de *domib.* ita vice versa debent membra ipsa caput alere eique indigentibus quoque auxiliis subvenire, ut ratio æqualitatis iustitie servetur, arg. c. 1. 16. q. 7.

Quarto ex eodem iure deducitur annatarum iustitia quia titulos dignitatem & quorumcumque beneficiorum fundavit Romana Ecclesia, ut est textus in cap. 1. & per totam 22. dist. & in cap. *Olim* 95. dist. Abbas in sua questione 1. quæ incipit, *Episcopus & quidem Ricard.* col. 3. num. 4. vers. *Nam tituli beneficiis late Præpos.* in summa n. 4. vers. *Quarta tempus*, 44. dist. Doctores in cap. 1. de *si monia*, & propterea Ecclesia Romana dicitur omnium Ecclesiarum Mater, quia scilicet Ecclesiarum omnes ex illius utero produciunt, c. 1. & 2. dist. c. *Dudum* 3. q. 6.

Hujus autem Ecclesie Sponsus est Romanus Præful. c. *Quoniam de immunitate Ecclesiarum*, qui propterea dicitur Pater Patrum, ut notat glossa in proem. *Clemen. in verb. Papa*, sed Pater naturalis potest corripere filium sibi alimentum negantem & ad ea prestanda compellere, l. qui filios patri qui sit. *distrah.* ipsos etiam vendendo, ut hic Item filie tenentur alere matrem inopem, l. filie, c. *Cod. de adopt.* ubi Baldus dicit hoc ex ratione naturali debent.

Bart. in l. *Scia*, §. *Cato*, de *alim. & ribus*. legat. *legat. de adopt.* ubi Baldus dicit hoc ex ratione naturali debent. Ergo eadem ratione pater spiritualis, quem non minus dilgere debemus quam carnalem, c. 1. & 2. & hic gloss. *finalis*, 30. q. 2. 3. cap. *Qualis condemnatio*, & hic gloss. *finalis*, 30. q. 7. & mater spiritualis Ecclesie poterit à suis filiis spiritualibus & Ecclesie inferioribus alimenta recipere & consequenter annatas exigere quas, ut est notorium, Summus Pontifex accipit pro sui sustentatione.

Quinto, idem funderit, quia ut inquit Oldrad. *conf.*

172. Quia omnes, n. 4. & conf. 244. ab objectis n. 8. cum omnes Ecclesie Mundi immediate Romanæ subditi Ecclesie, quia universalis omnium cura commissæ fuit Petro cap. *Peto*, 2. q. 1. & c. *In novo*, 21. dist. & in eas habeat plenitudinem potestatis, c. *Qui se sic*, 2. q. 2. & cap. *Nunc vero* 9. q. 2. Quidquid habent inferiores Ecclesie, quasi in peculo habent separatam quodammodo à rationibus Domini Domini permissu. Unde cum Romana Ecclesia aliquid percipit ab Ecclesiis inferioribus, nihil de novo acquirit, sed retinet quod suum est, ut notat gloss. in c. *Voluntus*, in verb. *Ecclesia*, 16. q. 2. 4. valde est igitur rationale, ut illuc unde exierint divina revertantur. Hæc Oldradus.

Sexto, eadem naturali ratione omnes Ecclesie Diocesis tenentur solvere Episcopo indigenti charitativum subsidium c. *Conquerente*, de *offic. ordin.*, cap. *Cum Apostolus*, §. *Prohibemus*, de *Censibus*, Extravag. *Var. electionis*, col. 111. inter communes Feder. de Sen. conf. 224. in *prin.* adeo ut prescriptio contra subsidium charitativum non valeat, Rota in *antiq. de re iud. 2. q. 2. de censibus*, alii 676. Cur ergo non liceat subsidium imponere Episcopi inferioribus Ecclesiis & c. *Suscepit*, *sancti suprascriptionis* 3. q. 5. ad c. *fin. de dilat.* ubi pater Ecclesias omnes ubi Papæ subiectas teneri illius necessitatibus subvenire si requiratur. Et ob hanc rationem Gemin. *conf.* 74. *Attentatis*, n. 7. in *fin.* & n. 9. concludit Papam posse ab omnibus subsidium exigere & collectare Ecclesiarum totius Orbis & idem respondit Raphael Fulgof. *conf.* 120. *Supposita Bulla*. Nec mirum, quia Princeps quoque secularis potest huiusmodi subsidium imponere etiam sine causa, ut consulit Oldrad. *conf.* 104. Circa propositam, quem sequitur gloss. Joann. Francisci Pavini in d. Extravag. *Vas electionis*, §. *præmissis*, in verb. *Charitativum*, ubi alios allegat.

Septimo, iustitia annatarum fulcitur potest etiam iure gentium, nam & Gentilitas hoc iure usa est, cujus rei memorabile testimonium extat apud Joannem Grammat. ut refert Ferdin. Corduben. in *suo tractu de annatis* in illud Aristot. *Metaph.* Sacerdotum genus apud Aegyptos vacare permissum est. Aut enim: (Ægypti primi, deinde gentium omnium Sacerdotes fuerunt inoleptes, præsertim Sacerdotes maximi, nam inferiores Sacerdotes in ingressu Sacerdotii mediam partem redditum summo sacerdoti ministrabant.) Sed & S. Thom. super *Jofue*, cap. 21. dixit apud omnes gentes observatum fuisse, ut qui divino cultui intendunt à populo sustententur, aut ab eis qui eorum gerunt universalitatis. Quanto magis ergo Romano Pontifici, qui omnia Christianorum curam gerit, debentur à suis Sacerdotibus vice subsidia? Hæc enim ratione introducitur vice annate & alia pleraque contributiones.

Octavo, annatarum exactionem firmari lege positiva Ecclesie tam clarum est, ut probatione non eget, nam præter Extravagantes Joannis XXII. Bonifacii IX. Pii II. Pauli II. Clementis VII. Julii III. Pauli IV. Pii V. & Sixti V. hoc patet ex autoritate Concilii Viennensis in quo secundum testimonium Joann. Andr. in c. *Inter cetera*, de *offic. ordin.* quamvis actum fuerit de servis ipsi tollendis, tamen prævaluit sententia ut remaneret, idipsum colligitur ex autoritate Concilii Constantiensis. Nam *dist. Sabbati* 30. *Ochobris Anno Domini* 1417. *Jessum*. 40. sub titulo Reformationis fiende per Papam unum cum Concilio antequam Concilium dissolvatur. Ponuntur decem & octo articuli, super quibus faciendâ esset reformatio, quorum tertius est de annatis communibus servitiis & minutis; & undecimus de fructibus mediæ temporis. Deinde Martino V. ad Pontificatum evecto in *sess.* 43. *habita die* 21. *Martii tunc sequenti anni* 1418. facta fuerunt decreta reformationis super nonnullis ex dictis decem & octo articulis & inter alios super undecimo de fructibus mediæ temporis in hæc verba, videlicet: *Fructus & proventus Ecclesiarum, Monasteriorum, beneficiorum, vocationis tempore obvenientes iuris & consuetudini vel privilegii dispositioni relinquuntur, illosque nobis vel Apostolica Camera prohibemus applicari*, tom. 3. *Concilior. part.* 2. *pagin.* 542. Ac verò de annatis & communibus servitiis & minutis, quod erat tertium reformationis caput nulla mentione habita, in fine ejusdem *sess.* 43. subnectitur ultimo loco infrascriptum decretum, videlicet, *Martinus, & c.* Decernimus & declaramus Sacro operante Concilio per decreta, statuta & ordinata tam lecta in præfatis *sessibus*, quàm concordata cum singulis rationibus eisdem Concilio super articulis contentis in decreto super reformationis fiende *Sabbati* 30. *mensis* Octobris proximi præteriti promulgato fuisse & iam satisfactum, ut habetur in sequenti *pag.* 943. Ex quibus verbis clare deducitur circæ annatas & servitia Concilium nihil novi statuisse, sed potius voluisse, ut in statu pristino remaneret; alioquin solium esset quod d'icm fuerat satisfactum fuisse decreto super reformatione faciendâ promulgatio, quod non est dicendum. Itaque Martinus Sacro approbante Concilio decrevit & declaravit annatas Papæ

solvendâ esse, ut pro tanto officio, labore & dignitate sufficientes & concedens beneficium ex fructibus saltem inferiorum beneficiorum haberet.

45 Non eodem iure Ecclesiastico hoc ipsum confirmari potest, quia ex privilegio Apostolico, consuetudine vel statuto induci potest ut fructus primi anni, imò & duorum vel plurius annorum fabricas, Episcopo vel alteri cuiuspiam reserventur. Idque etiam pro debitis Episcopi percipiendis vel ex alia rationabili causa, prout sunt iura aperta in caput. *Præsenti*: de *offic. ordin.* lib. 6. in cap. *Tua nobis*, ubi de *biennio*, *infra* de *verborum signific.* in c. *Si propter tua debita* ubi de quinquennio & ubi Joann. Andr. & omnes notant, de *re iud.* in 6. in c. *fit tibi*, de *probend.* eodem *liber.* & in Extravag. Joann. XXII. *Suscepit*, ubi hæc appellantur annalia longè igitur magis summi Pontificis poterunt medios fructus primi anni sibi revertere pro suis & Ecclesie necessitatibus, Romanam quoque Ecclesiam exculat necessitas, cum non possit de suo omnibus providere, ut formaliter inquit Holsten. Joann. Andr. in d. c. *Inter cetera*, in gloss. *ult.* de *offic. ordin.* Ac prætereâ, ut inquit Thomas Campeg. in eodem tractat. de *annat.* *Infinit.* n. 13. Sicut omni carere reprehensione, si Pontifex dando unum beneficium, partem redditum Clerico indigenti loco annui pensiois reservet, sic licebit modeste agendo medietatem fructuum primi anni pro indigentibus propriis retinere. Cum præsertim pensio singulari annis, annata autem primo duntaxat, quo quis recipit beneficium, debeatur. Et ita omni perpetuum non est, non dicitur beneficium cum diminutione conferri, contra dispositionem c. 1. *Ut Ecclesiasti. benefic. sine diminutione confer.*

47 Decimo, civiliis quoque autoritas iustificat annatarum exactionem. Nam principii solvuntur tributa & stipendia et sunt imperprescriptibilia; l. *Comptis*, *Cod. de præscript. trigent. annor.* gloss. in l. *Locatio*, §. *pen. in ver. Irasitum*, in *addition.* & ubi etiam Barol. *ff. de Publican & vendigal.* Item debentur Principi stipendia huiusmodi, quia ipse tenetur conservare iustitiam in terra, ut inquit sanctus Thomas in 2. 2. q. 1. quæst. 61. art. 2. Imò hoc solutio divina quoque oracula præbeat autoritatem. Nam Pharaonis interrogantibus *Matth.* 22. c. *Quid culpatur*, 23. q. 1. *Lucei consensum dare Casari*, an non? Respondit Dominus, *Reddite quæ sunt Cesaris Casari, quæ sunt Dei Deo*. Rursum cuilibet iudicario ordinarie debetur stipendium, seu salarium ex publico Authen. *Ut differ. iudic.* §. *final.* Cur Ergo ex publico non debeantur stipendia Romano Pontifici qui est Princeps Principium & Dominus dominantibus, ut eum appellat Baldus, *conf.* 488. *Si Princeps*, lib. 4. Princeps Episcoporum, ut B. Bernardus inquit, loco superioris citato. Iudex omnium mortalium, cap. *Si Papa* 45. dist. c. *Facta jubilationum*, 9. q. 2. c. *Per venerabilem*, §. *Rationibus infra*, *infra* *fit legit.* Et Ordinarius singularium, c. *Cunctis per mandam* 9. q. 2. glossa in c. *Cum nullas*, in verb. *In eodem*, de *temporib. ordinat.* lib. 6. Quippe in hoc fundatur ratio illa communis, videlicet, qui regende multitudinis curam suscipit, talibus debet adiumentis muniri quibus eous regimini valeat supportare. Cumque spiritualia sine corporalibus diu esse non possint, sed unum alterius auxilio indigent, c. *Si qui obsecrit*, & hic Archid. 1. q. 2. Congruum & necessarium est, ut spiritualia exercenti, corporalia quoque præstentur auxilia. Alioquin summus Pontifex Ecclesie onera subire, suisque republiis necessitatibus consulere nequaquam posset sine miraculo, usque adeo fidelium Charitas testis.

53 Ultimo ex alio capite multi tenentur annatarum iustitiam nempe quia illarum solutiones ex temporis diuturnitate & vetulissima consuetudine cujus initi non extat memoria, ex voluntatis facte sunt necessitate, ut in cap. *Ad Apostolicam*, *infra* de *sim.* Et cum ignotemus unde ortum traxerint an scilicet ex coactione, an ex liberalitate dantium, in hoc dubio prævalat presumpcio quo vitium excludit, cap. *fin.* de *praesumpt.*

Actus enim qui sonat in vitium & in non vitium, in dubio semper interpretari debet in non vitium, l. *Creditoribus* & l. *Si solus probari*, *ff. de sort.* l. *Merito*, *ff. pro socio*, Bart. in l. *N. non solum*, §. *Sed ut probari*, num. 3. *ff. de nov. op. nunc. Roman.* *conf.* 113. *Pro decisione*, num. 1. *Præsertim in Beatissimo Romano Pontifice*, ut in §. *Qui autem*, 17. q. 1. 4.

Unde consuetudo præsumitur habuisse bonum initium: nam ex quo tanto tempore solverunt, præsumuntur se à principio voluntarie obligasse, ut inquit Innoc. in d. c. *Ad Apostolicam*, num. 1. vers. *Imò quia tanto tempore*. Nec obstat quod inter Clericum & Clericum cesset pius usus elemosine, ut not. in c. *Cum M. Ferrarior. de Constitut.* & per Joann. de Anan. in c. *Jacobus de simonia*. Etenim illud procedit ubi datur clericis æquali.

Ad quod datur summo Pontifici, datur Saceratio Petri &

prodeit danti tanquam facienti opus pliffimum. Ita in terminis arguit & concludit Felin. in c. *Ex parte*, il primo, num. 1. vers. *Tertio respondetur*, de *offic. deleg.* Quæ tamen ratio non placet, quia nulla deformitas, aut vitium etiam à principio considerari potuit in exactione annatarum; sed omni tempore fuerunt exactæ ex debito divini, & humani juris, ut in superioribus monstratum est.

Superest nunc respondere ad ea, quæ ex adverso obijciuntur.

Primo enim contra annatas opponitur decretum illud Concilii Baileensis, quo 9. Julii 1435. *sess.* 21. & sic ante Concilii dissolutionem in *tit. de annat. tom. 4. part. 1. pag. 53.* statutum est in hæc verba: *Sacrosancta generalis Synodus, &c.* Statuit quod tam in Curia Romana, quam alibi pro, seu in confirmationibus electionum, admissionibus, collationibus, dispensationibus, provisionibus, collationibus, dispensationibus, electionibus, promotionibus, presentationibus etiam à Liris faciendis, institutionibus, installationibus & investituris de Ecclesiis etiam Cathedralibus & Metropolitanis, Monasteriis, dignitatibus, beneficiis, Officialibus Ecclesiasticis quibuscumque, necnon Ordinis facris & beneficioribus, ac quibuslibet de cetero nihil penitus ante, vel post exigatur ratione litterarum, Bullarum, Sigilli, annatarum, communionum & nuntiorum servitorum, primorum fructuum, de portibus, aut sub quocunque alio titulo, colore, vel nomine, prætextu cuiusvis consuetudinis privilegii, vel statuti, aut alia quavis causa, vel occasione directè, vel indirectè; solum Scripturibus, Abbreviationibusque, & Registratoribus litterarum, seu minutarum pro ipsorum labore competenti salario solvendo. Huic autem sacro Canon si quis exigendo, dando & vel promittendo contraire præsumpsit, penam incurrat adversus simoniacos inflictam & in ipsis dignitatibus, ac beneficiis taliter obtentis nullum jus, ac titulum acquirat. Esti quod alibi, Romanus Pontifex, qui pro ceteris universalium Conciliorum executis, & custodiæ Canonibus debet, adversus hanc sanctionem aliquid faciendū Ecclesiam scandalizet, generali Concilio deferatur.

Ad hanc oppositionem nulla solutio aptior; & efficacior afferri potest, quàm que desumitur ex verbis egregie illius Orationis, quàm de annatis habuit Petrus de Monte celeberrimus Jurisconsultus Brixienis Episcopus ab Eugenio IV. Legatus missus ad Henricum VI. Anglie Regem, sic enim habent. *Ad ea verò, quæ proximis diebus in ipsâ Synodo gesta sunt, veniamus, quæ sanè talia sunt, ut maximam mercantur reprehensionem nec ulla ratione sine gravi Divine Majestatis offensa valent tolerari. Hi enim qui Pontificem Maximam virum utique sanctum, quietum & pacificum capitis illi odio prosequuntur, spirituales quoque subsidia spoliarunt intellexerunt, spirituales quoque subsidia spoliarum cogitauerunt, ut sic omni provis auxilio & status dignitatem summi Apostolatus tuere nequaquam possent. Plebenitate illum Synodalem, quæ semper novis rebus solent gaudere, malis quibusdam oribus quas quod vetat resere facile induxerunt, ut vacantium beneficiorum fructus quo iustitiam vocabulo annatas dicunt, summo Pontifici lege interdicerentur. Favoribus itaque & clamoris infamemis vulgi ac loc lata est quæ & Pontifici tantum fructuum recepto & iis quibus beneficia conferuntur solutio velati simoniacis prohibetur. Huic autem legi serenda, est multi venerabilis Patres magnæque autoritatis viri contraxerunt; Mansissim in ea Sedis Apostolicæ & Vicarii Christi depreffionem contineri dicentes; Prævaluit tamen indiscreta multitudinis non tam autoritas, quam voluntas, quæ ad tantam temeritatem coerat vulgator, quo potentiam quorundam stimulis agitabatur quid hæc lege perniciosa? Quid detestabilis? Quid ab omni humanitate atque honestate remotissimum? quoniam, bone Iesu, est hæc synodalis reformatio? Summum Pontificem omni spirituali ac temporalis auxilio privare, cumque uti mendicum quendam hominem constituta, qui nec sui, nec Ecclesie necessitates possit neutraliter providere & quemquam hujus legis iniquitas (si tamen lex dicenda est) iustis per seipsam appareat & conabor tamen illi parere ostendere, quibus brevitè explicatis peroraverô. Debet lex ac à majoribus nostris traditam esse honesta, iusta, possibilis secundum naturam & patriæ consuetudinem, loco ac temporis iustis conveniens utilis demum ac necessaria. Quid horum, quævis in hoc lege potest inventiri, discurrantur per singula. Magnam in primis continet turpitudinem. Nonne turpe & indecens est Sedis Apostolicæ privilegia & dignitates evterere & quem Dominus Principem universæ Ecclesie constituit, adversus hunc moliri insidias, hunc exanimare, debilitare, hæc Ecclesiasticos reddere, qui ad supportandam omnia regimini sunt deputati, impie atque inhumanè subtrahere? Insistitur unum hujus legis quis non videt? Nonne injustum & iniquum est, ut qui plantat vineam, fructus ejus commoditate privetur? Et qui pascat gregem, de lacte dulcedine non vescatur, &c. (Et sic similia quæ supra commemoravimus, num. 21.) quantum verò ab Ecclesie consuetudine discrevit facile dicitur.*



- 66 *cio & cur.*
- 69 *Annata pro Ecclesiis Confraternalibus tertiam partem fructuum & pro inferioribus dimidiam veri valoris non excedit.*
- 70 *Fructus beneficiorum à communiter accedentibus profumantur potius acti quam diminuti.*
- 71 *Valor beneficii intelligitur deductis omnibus expensis & oneribus coniectis.*
- 72 *Valor beneficiorum Gallie qualiter in litteris fit exprimentus.*
- 73 *Communia & minuta servitia pro Episcopatus & Monasterii Gallie in patria redactis, sextam partem veri valoris non excedunt & num. 75.*
- 74 *Ecclesie & Monasteria in patria redacta qua dicantur.*
- 76 *Vienneje Concilium quid egerit circa annatas & vigesimam fructuum.*
- 77 *Joannis Gersonis sententia de annatis & n. 97.*
- 78 *Annata est pretium beneficii aut collationis, sed fructuum qui debentur Camere Apostolica, & n. 104. usque ad n. 99. maxime n. 83.*
- 79 *Fructus beneficii an & quando vendi possint sine labe simoniae.*
- 80 *Intellectus cap. Res Ecclesie, & cap. Si quis objecerit i. quæst. 3.*
- 81 *Consuetudo ut dimidia fructuum primi anni prestimoniorum vacantium cedat in utilitatem mensæ Capitularis non est sublata à Concilio Tridentino.*
- 82 *Patrum ut receptus solvat pensionem collatori debitam, non est simoniae.*
- 83 *Annata solvitur non in actu provisionis beneficii, sed expeditionis litterarum quæ multoties non expedituntur.*
- 84 *Gratia ex sola signatura supplicationis persolvitur.*

**P**raeterea. Qui pecuniam dat ut Episcopalem vel aliam jurisdictionem spiritualem exerceat, officio privatur & sic conferens illud amplius conferre non poterit & canonicè punietur. Hoc dicit cum capite sequenti. Et primo ponit excessum, quem secundò ponit hic. *Præsent.*

**N**ota ex hac Decretali jurisdictionem Episcopalem esse quod spirituale, & propterea pretio conferri non posse sine labe simoniae, prout hic notant Holt. n. 6. *vers.* Quia imò Joan. Andr. n. 3. Card. n. 2. Butr. Abb. & Marian. Soc. omnes in primo notabilis, & dicam plenius in cap. sequenti.

**Q**uærent hic Doctores & presertim Holt. n. 3. *vers.* Et ideo dicunt, & Henrich. Boich. in *princ.* Utrum in Curia Romana committatur simonia, & quæstionem solvunt hae diffinitione. Aut agitur de his, quæ sunt simoniaca, quia prohibita, hoc est ex Constitutione Canonica, ut vendere vel emere Ecclesiastica & beneficia, aut de his quæ sunt prohibita, quia simoniaca, ut vendere vel emere Sacramenta. In primo casu simonia non committitur, dummodo fiat principe autorizante & sciente, ut patet in eo quod legitur & notatur in cap. *fin. supra tit. proximo, in cap. Proposuit de concess. præbend. in c. A nobis, de decim. & in c. Non debet, de consang. & affin. nam Constitutio super tali simonia non ligat promulgantem, l. Princeps, ff. de legib. unde nec simonia laicalis est, nisi anni, Lex Julia de ambitu habet locum in Urbe, ut in l. Unica in *princ. Cod. ad l. Juliam de ambitu*, verum est hoc casu simonia non committatur, infamia tamen non tollitur, ut l. 3. *Cod. de generali abolit. sed & species mali & turpe lucrum est & ideo vitandum secundum Apostolum, ut in cap. sudivimus, supra, tit. proxim. & c. Cum ab omni, supra de voti. & benefic. Cleric. à quo saltem propter exemplum deberet Curia præ cæteris abstinere, ut legitur & notatur in cap. In causis, supra de re judic. & c. Magna, paragr. 1. de voto, sed si non fiat auctore Principe, & sciente, tunc simonia in Curia committitur, sicut & alibi. In secundo autem casu, id est, cum agitur de his quæ sunt prohibita quia simoniaca, committitur simonia etiam in Curia, nec potest Papa super hoc dispensare, eandem distinctionem ponit glossa, c. Cum pridem in verb. *Illicita passionis supra de pactis, Innocent. in c. Tua nos, in verb. Culpabilis, supra tit. proxim. Joan. Andr. & Doctores, in c. 1. & c. final. cod. tit. & ita communiter distinguere Legistas & famosiores Canonistas, imò & Theologos testantur in cap. Latorem, l. quæst. 1. Turrecrem. n. 5. & Prepos. n. 12. *vers.* in oppositum.***

**C**æterum adverte, quia etiam hæc distinctio in se vera sit & ferè omnium consensu approbata, ut dixi in d. c. Cum pridem in i. q. supra de pact. valde tamen controversum est, an vendere titulum beneficii Ecclesiastici sit simoniae quia prohibitorum, prout hic exemplificat Henric. Boich. in *princ. Card. in d. c. 1. n. 2. supra tit. prox.* & ante eos Holt. in c. Ex parte primo de Offic. de legat. num. 5. ubi: (Quædam verò hodiè judicantur simoniaca, quia vendi prohibentur, quæ tamen in veteri Testamento nec simoniaca, nec prohibita inveniebantur, sicut est vendere beneficia.) Oppositum enim censent Theologi ferè omnes & multi etiam ex

- 85 *Ballarum expeditio non requiritur ad gratia perfectionem sed tantum ad illius probationem.*
- 86 *Bulle non sunt producenda nisi ubi agitur de canonizanda gratia.*
- 87 *Annata & servitia pro beneficiis bis vel pluries eodem anno vacantibus non solvantur nisi semel.*
- 88 *Litteræ gratis relaxantur provisit, qui possessionem beneficii statim non sunt habituri facta obligatione de solvendo annatam cum fructus percipient.*
- 89 *Aliquando tamen ex causa fit solutio habita vel non habita possessione.*
- 90 *Litteræ sub obligatione de solvendo relaxantur habentibus gratiam conditionalem de certo corpore beneficii, vel parvam si fructus sint alteri reservati.*
- 91 *Annata non solvitur pro rata reservationis fructuum.*
- 92 *Annata non solvitur pro expectativis, reservationibus & aliis gratis ad incerta beneficiorum corpora.*
- 93 *Nec pro beneficiis comparatis, antiquiorum valor 24. ducatos non excedit.*
- 94 *Annata aut communia & minuta servitia non solvantur ex distributionibus quotidianis casu summe sint valoris.*
- 95 *Distributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum.*
- 96 *Nec comprehenduntur in regulis de valore.*
- 97 *Simoniam non inducit datus mutua spiritualium & temporalium, nisi actus fiat corresponsivus & unus casuetur ab alio.*
- 98 *Papa & Cardinalium status ex Gersonis sententia modum & quatum subventionis præscribere, etiam si aliud sit dotatus.*
- 99 *Duarens sententia de annatis refellitur.*

Canonis, unde circa hoc vide quod scripsi in prædicta Decretali, *Cum pridem*, ubi hanc materiam latissime examina-  
navi, per quatuor quæstiones principales à num. 30. usque in *fin.* Quoniam verò in secunda & tertia quæstione ibi secus sumus opinionem Durandi, Petri de Pauli, Turrecrem. & Cajetani; existimantium vendere titulum beneficii, etiam simpliciter, esse prohibendum, quia simoniacum, & ideo esse possibile, ut in his etiam Papa simoniae crimine involvatur, ne inde quis anam arripiat, existimandi à nobis improbatas fidei annatarum exactiones, quæ sunt in Curia; operæ pretium duximus de his peculiarem dispositionem subnectere.

**Q**uæro igitur utrum annates in Curia Romana exigatur licite & sine labe simoniae.

**A**dversus annatarum exactiones non tantum debacchantur hæretici protestantes, ut refert Paul. Grisald. in *decis. fid. Cath. in verb. Annata*. Sed multi etiam ex Catholicis scripserunt, ut inferius patebit, sed quod magis in admirationem, ne dicam scandalum rapit, Patres quoque Basilien. pro celebrandi generali Sinodo congregati, hæc de re detestabile decretum, quasi hostiliter promulgarent, ut patet infra n. 38.

**A**d evidentiam præmittendum est, annatas sic nuncupari, quia omnes debentur ex fructibus primi anni beneficiorum vacantium, atque ita annata est nomen generis, quod in plures species dividitur. Quarum prima est annata prope sumpta, & hoc modo assumit nomen speciei, sicut de arrogatione & adoptione dicitur in l. 3. *ff. de jurisdic. omni judic. & in l. 1. ff. de adoptione.* & beneficio & privilegio notant Joan. Andr. Abb. & DD. in cap. Olim & ibi dixi: num. 4. & 5. *infra de verborum significatione.* Secunda species commune servitium nuncupatur. Tertia dicitur minuta servitia. Quarta qua solo accidenti ab aliis differt, quinquidennium appellatur.

**A**nnata solvitur pro omnibus beneficiis inferioribus, præter Episcopatus & Abbatias Confraternalis, & est dimidia pars veri anni valoris fructuum beneficiorum vacantis, & hæc integrè Summo ipsi Pontifici relinquitur.

**H**odiè autem annata hujusmodi dicitur Bonificiana, ed 10 quod forma exactionis, quæ Curia dicitur ortum duxit à Bonifacio IX. antea enim per Pontifices exigebantur, mediantibus eorum Commissariis, fructus integri anni per triennium, tertia pars quolibet anno, reliquis duabus tertis partibus provisio relicta. Sed Bonificius ut consulere ipsi provisio & obviam ire extorcionibus, quæ per Commissarios committentur, reduxit annatæ solutionem ad medietatem valoris anni fructus, cum onere tamen, ut provisio anticipatè de propriis pecuniis in relaxatione suarum litterarum eam solveret. Et propterea in ipsa relaxatione supplicationis fiebat obligatio in Camera de illa solvendo; & sic litteræ in totum expeditantur, quæ retente in Camera Apostolica relaxantur, mediante quietantia Thesaurarii. Atque hinc patet non ideo talem dictam esse annatam, quod complectantur omnes anni fructus, sed vel quia, ut dictum est, solvitur ratione fructuum primi anni;

- 11 *Cujusmodi exemplum est in Extravag. Joannis XXII. quæ incipit, Cum nonnulla, la prima inter communes sub tit. de præben.*
- 12 *Commune servitium, est quantitas certa pro quolibet Episcopatu, vel Abbatia confraternali secundum antiquam taxam solvenda, quam alias moderatus est Joannes XXII. in præcatis Extravag. Cum nonnulla. Et hæc propterea servitium dicitur, quia juxta vulgare Italicumque qualibet dato nuncupatur servitium, five debita sit, five non: sicut in Hispania hoc servitium nomine appellatur contributiones illæ, quas faciunt Regna ad sublevandas Regni necessitates.*
- 13 *Minuta vero servitia sunt quinquæ portioncule, quæ secundum proportionem taxæ fructuum Episcopatus, vel Abbatie, inter certos Pape ministris, & officiales distribuuntur, & appellatur minuta; tum quia sunt minutz partes annate, tum quia partiuntur inter ministros.*
- 14 *Quinquidennium denique dicitur specialis quedam annata, quæ à prædictis differt nomine tantum & accidentaliter temporis præfixione, quia de quindecim in quindecim annos, juxta Constitutionem Pauli II. abolitis illius solutionum annatarum terminis usque ad sua tempora observatis, pro beneficiis perpetuo unitis, solvitur ab illis, in quorum favore talis beneficium sunt unita, ut in Extravag. Decret Romanum, quæ habetur in Bullar. tom. 1. pag. 130. & notat Gallus in tractat. de annat. circa fin. Card. Seraph. decis. 1410. num. 1. & num. 10. ubi de quinquidenniorum origine & causa.*
- 15 *His præmissis, quam justè & rationabiliter in Romana Curia exigantur annatæ, evidenter ostenditur ex infra scriptis.*

**E**t primo hoc deducitur ex ipsa annatarum origine & antiquitate: nam ut patet *Athor. 4.* Istito natuscitur Ecclesiæ multitudinis credentium erat corum & anima una, nec quilibet eorum de his, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed tanta erat fidelium erga Dei Ecclesiam devotio, ut ad eam augendam & locupletandam quotquot possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes præcia eorum & quas res habebant, afferret et poneret ante pedes Apostolorum, capit. *Dilectissimi, capit. Quis tua, c. Cui partio, & c. Certe, 12. quæst. 1.* Sed postmodum fidelibus ab eo fervore decinuatibus, ita ut vic decimas divino jure debitas solverent Ecclesiæ, in qua ministrabant Ecclesiastica Sacramenta; opus habuit Ecclesiæ & Apostolica Sedes ad sui sustentationem & onerum sibi incumbentium supportationem, annatarum exactionem instituit & ordinare, ut sibi saltem à suis ministris servitium & adiutorium præstaretur. Nam & ante illam formalem titulorum beneficiarum institutionem Ecclesiæ non solum Cathedrales, sed etiam inferiores habebant redditus, ut patet in c. Nulli, 12. quæst. 1. & in c. Sacerdote, 22. quæst. 4. & declarat Abb. in sua quæst. 4. col. 18. *vers.* Secunda præmissa præpositum & Prepos. in Summa, 44. dist. num. 4. *vers.* Tertium tempus, Dixi in cap. *fin. supra de peculio clerici.*

**A**d autem antiqua est annatarum institutio, ut de illius initio non exeat memoria (quod quilibet aliqui ex recentioribus tam hæreticis, quam Catholicis commentis fuerint de Joanne XXII.) tantum enim media illa annata, quæ Bonificiana appellatur, ortum habuit à Bonifacio IX. ut dictum est supra num. 10. quæ tamen cum subrogata fuerit loco fructuum primi anni vacationis beneficii, qui integrè ab antiquo, & immemorabili tempore Summo Pontifici reservantur; ipsi quoque antiqua & immemorabilis reparare debet; cum Subrogatum capiat naturam ejus in cuius locum subrogatur, cap. *Ecclesia S. Maria, il secundo de ibi gloss. 1. supra de lite pendente, c. Cum tu, in fin. & ibi gloss. fin. infra de usur. gloss. & DD. in l. Si eum, §. Qui injuriarum, ff. Si quis cautio.* Nec leve antiquitatis annatarum testimonium dicitur à Papa aliquot ei persolvantur tanquam in alterius jus successerit. Et hinc plerique opinati sunt eorum habuisse

annatas, licet revera Damasus locutus fuerit de annatis tanquam ab antiquo tempore provenientibus & non de novo suo tempore introductis, unde merito annatas à tempore Apostolorum institutas fuisse defendit Cardin. Cajetanus de auctoritate Pape ad 14. (Nam pro Hierosolimitana, inquit, Ecclesiæ à reliquis solvantur collectæ) de quo latè Ezechius in suo Enchirid. quæ quidem antiquitas perspicue etiam apparet primò ex ipsius Camere Apostolicæ registro; deinde ex Concilio Constantiensis sess. 40. die Sabbati 30. Octobris anno 1417. ubi fit mentio de annatis, communibus servitiis & minutis tom. 3. Concil. part. 2. pag. 937. tertio ex Clement. Quia regulares, §. præmissa, de supplend. neglig. gen. prælator. quartò ab Extravagante Joanne XII. Suscepti, quòd ex Constitutione Gregorii XII. super reductione taxæ Ecclesiæ, & Monasteriorum Regni Franciæ, ubi de fructibus primi anni, seu communibus & minutis servitiis. Sextò ex Joan. Andr. in cap. Inter cætera, de Offic. ordin. ubi num. 13. refert ad sui instantiam actum fuisse in Concilio Viennensi, ut Curia reciperet vigesimam reddituum Clericorum totius Orbis & abstinere à servitiis & fructibus primi anni: atque ita supponit jam tum Ecclesiæ & sic multo ante tempora Joannis XXII. existisse hanc consuetudinem exigendi annatas & servitia. Septimò ex Felin. in cap. Ex parte, in primo, n. 4. *vers.* 3. Respondetur, supra de offic. deleg. ubi restatur harum solutionum usum adeo esse duritium in Ecclesiæ, ut ignoretur illius principium; & ad denam ommissis aliis ex Thomas Campeg. de institutione annatarum & Antonius Mass. Galef. de annat.

**E**x hac autem annatarum origine & antiquitate oritur efficax, & inconculsum fundamentum iustitiae hanc exactionem, impiam enim esset tot Sanctissimorum Pontificum injustitiæ & impietatis infirmare & confuturæ Romanæ Ecclesiæ prævaleret auctoritatis eujusdemque Doctoris, ut docet S. Thom. in 2. 2. quæst. 10. art. 12.

**S**ecundò principaliter iustitia annatarum deducitur ex jure divino, nam ut habetur, Num. 18. num. 26. & 28. *Lu. catus est Dominus ad solvendo, dicens: Præcipite Levitis, atque denencia: Cum accerpunt à filiis Israël decimas, quas dedis vobis, primitias agrorum offerte Domino, id est decimam partem decimæ, ut reputatur vobis in oblationem primitiarum, tam de arvis, quam de torcularibus; & in universis quorum accerpitis primitias offerte Domino & date Aaron Sacerdoti. Si igitur Sacerdoti tummo & Pontifici legibus veteris à minoribus Sacerdotibus & Levitis decimarum suarum decimæ ex divino præcepto solvitur; cur loco decimarum exigere non debeat annatas à reliquis Ecclesiæ ministris Summus Sacerdos & Pontifex legis novæ capit. In causis, de re judic. cap. Per venerabilem, & c. Rationibus Quis filii sint legitim. maxime verò, quia ille Summus Sacerdos præerat regimini populi Israelitici in concipientibus sacrificia & holocausta, à Romanis Pontifex præfide regimini totius populi Christiani Clement. Pastoralis, de re judic. Extravag. Ex debito, de elect. inter communis; ejuoque ministerium ad multa plura & majora extenditur, quam essent sacrificia illa & holocausta. Undè B. Bernardus, de considerat. lib. 2. cap. 9. ad Eugenium III. verba faciens: Tu, inquit, es Sacerdos magnus Summus Pontifex, tu Princeps Episcoporum, tu heres Apostolorum, tu primatus Abel, tu gubernator Noë, tu Patriarchæ Abraham, Ordine Melchisedech, Dignitate Aaron, & c. Et Paulò post Habent illi assignatas sibi grades singuli singulos; tibi unversos crediti uni unus; nec imodo ovium, sed & Pastorum tu unus omnium Pastor. Hæc ille. Præterea Pontifex in lege veteri ultra decimam illam partem decimarum à Levitis exactam, aliis quoque, iisque maximis emolumentis adjuvabatur; cum tamen Pontifex Romanus nihil, aut parum accipiat præter hanc annatarum exactionem. Et nihilominus illi adhuc utriusque emolumenta ad invicem comparantur, illa quæ pro minori causa & à pauciori populo prælabantur, reperitur esse multò pinguiora, quam hæc, quæ pro gravissimo omnium labore & sollicitudine à toto Orbe terrarum exiguntur. Quapropter in Concil. Viennensi fuit propositum, licet non resolutum, ut vigesima pars reddituum Clericorum totius Orbis quotannis solveretur pro sustentatione Pape & Cardinalium, ut refert Joan. Andr. in cap. Inter cætera, num. 13. de offic. ordinari. Manifestum est enim annatam minimè supplere prædictæ sustentationi, experientia necessitate Sedis Apostolicæ: cum præterea forent, qui solvantur, tertia pars veri valoris fructuum non solum non excederet, sed nec attingat; & fructus beneficiorum, saltem super quibus facta fuit taxa per Commissarios Joannis XXII. potius adacti, quam diminuti fuerunt.*

**E**t confirmatur, nam omnibus curam animarum habentibus debentur decimæ jure Divino naturalique, ut in c. 16. q. 7. in c. 1. de decim. & in c. Cum secundum de præb. sicut enim tributa egentium animarum, c. Decima 16. q. 1. & c. Tus



nomine communis & munitorem ferventem habere debeant  
illam summamque, ut dictum est supra, pro tercia parte  
vera valoris in libro Camere jam dudum taxata est; & in-  
feriorum beneficiorum Papa debeat habere dimidium, quod  
olim per suos collectores exigebat. Sed quia onerosum erat  
Provinciis, & ipsis solvere debentibus officium collecto-  
rum, qui pro ipsis exigendis in ipsis Provinciis moram tra-  
hebant: quasi tacita omnium conventionione stabilitum est,  
ut illi, qui ad Episcopatus, aut Abbacias promovebantur,  
& quibus de aliis beneficiis per Papam providebatur, de-  
berent sibi acquirere omnes illos fructus & solvere illorum  
pretium. Et sic quidem emptio & venditio, non tamen tituli  
beneficii, sed illius portionis fructuum, quae debetur Papae  
& Cardinalibus. Observandum est enim circa quodlibet bene-  
ficio tria occurrere maxime consideranda. Primum est  
ipsum beneficium; secundum illius pretium, seu collatio;  
tertium fructus ipsius. Pro beneficio ipso, vel ejus provisione  
nihil solvitur: gratis enim semper confertur Papa; & de  
hoc intelligi debet illud Evangelicum Matthaei 10. *Gratis*  
*acceptistis &c. cap. Si quis Episcopus 1. quae. 3. non autem*  
*de fructibus beneficiorum vacantium, de quibus agit*  
*non obstat, quod auctoritas illa Matthaei intelligitur*  
*etiam de rebus Ecclesiarum, ut est textus in cap. Res Ecclesie,*  
*eodem caus. & quae. 3. cum fructus beneficii sine benefi-*  
*cio non proveniant; venditio uno, neutrum inventum re-*  
*linguntur, cap. Si quis obsecravit & cap. Salvatur, 1. quae. 3.*  
*ob quam rationem Theologi concludunt prebendam,*  
*sicut sit quid temporale, tamen ratione connexionis, quam*  
*habet cum Clericatu & canonica, vendi non posse sine labe*  
*simoniae ut fuit, ostendimus in cap. Cum pridem, numer. 90.*  
*& num. 107. supra de pactis. Id, inquam, non obstat quia*  
*locum habet in illius fructibus, duntaxat qui debentur bene-*  
*ficio propter officium & ministerium clericale ex debito*  
*Divini juris, ut 1. ad Corinth. 9. capite Quicumque,*  
*12. questione secunda, §. His ita, 23. questione prima*  
*& c. Cum secundum de prob. hoc enim vendere simoniacum*  
*est propter connexionem quam habet cum Clericatu & jure*  
*Spirituali, ut optime deducit Card. Cajet. in tractatu 9. de*  
*simonia q. 1. tom. 2. opusculorum & dixi latius in d. c. Cum*  
*in pridem n. 19. & n. 107. Item in his committitur injustitia*  
*tam ex parte dantis, quia vendi non potest res a non Domino*  
*1. 1. cod. de usufr. pro emp. quam ex parte recipientis, quia*  
*venditur illi quod suum est, 1. Res suas, §. de contrah. emp.*  
*1. Cum res & c. 1. Si mater, cod. eod. ut explicat Cajet. ubi*  
*supra & ante eum Petrus de Palude relatus a Turrecem. in*  
*4. Latorem, n. 9. vers. Ad tertiam rationem 1. q. 1. ut dixi*  
*in predicta Decretali Cum pridem n. 113. & n. 123. vers.*  
*Sed nihilominus. At haec omnia cassant in fructibus primi anni*  
*beneficiorum vacantium de quibus agit, quia cum spectent*  
*ad Sedem Apostolicam ex titulo praebendo reservationis,*  
*jure vendi possunt tam ex parte Papae qui vendit quod suum*  
*est, quam ex parte provisi qui emit quod suum non est; &*  
*cum provisor jure possit sui beneficii fructus alteri vendere,*  
*licet beneficium sit annexum, ut recte observat Cajetan loco*  
*citato, nulla asserti potest ratio cur non idem liceat Sedi*  
*Apostolicae pro dimidia fructuum ad eam spectantium; &*  
*quemadmodum Episcopus cui fructus beneficiorum vacan-*  
*tium ex privilegio vel consuetudine essent reservati juxta*  
*textum in c. presentis de Offic. Ordin. lib. 6. possit illos licite*  
*vendere beneficio, eadem proinde, imò potiori ratione id*  
*licere debet Papae ad gloriam in c. Cum pridem in verbo*  
*illicite portionis in fine, supra de pactis, nec propterea ven-*  
*ditur proviso jus aliquod Spirituale, quia in collatione bene-*  
*ficii fructus hujusmodi deducuntur tanquam res alienum &*  
*Beneficiarius tenetur hujusmodi onera subire, c. Tua nobis,*  
*infra de verb. sign. c. Si propter tunc debita de reser. lib. 6.*  
*& c. Si tibi cum glossa in verbo Fructus, eodem lib. Thom*  
*Campeg. de annat. instit. n. 11. sunt enim onus annexum*  
*beneficio, non autem Beneficiario; & idem valet statutum vel*  
*consuetudo ut solvantur à recepto in Canonico, c. Signi-*  
*ficanus de prob. lib. 2. cod. de donat. qua sub modo; & post*  
*Vincent. & Joan. Andr. notar Joan. de Anan. in c. Jacobus*  
*n. 3. & 4. de simon. quin imò pro illis etiam ante receptio-*  
*nem potest recipi cautio, arg. Servitium v. g. 2. secundum*  
*eos & notatur per Doctores in d. c. Significatum. Hinc Sacra*  
*Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum*  
*alias consulta. An si extraret talis consuetudo ut fructus puta*  
*cujuslibet praetimosii dimidii anni postquam vacaverit, ce-*  
*deret in utilitatem mensae Capitularis, ea sit sublati ejusdem*  
*Concilii Decreto, c. 14. sess. 24. respondit non esse sublatum,*  
*est enim onus impostum beneficio & non beneficiario. Hinc*  
*etiam est, ut in actu collationis seu receptionis non sit*  
*simonia deducere in pactum ut collatarius seu receptus solvat*  
*portionem collatori debitam, ut consuluit Gemin. conf. 14.*  
*vers. Et sic quoddam tale juramentum per textum in c. Ex parte*  
*il seculo de Cler. non resid. & scripti plenius in c. Tua nos de*  
*sim. n.*

Hanc autem annatae solutionem fieri ratione dictorum frus-

tuam, non autem ratione provisionis vel collationis eviden-  
ter ostenditur. Primum, quia proviso & collatio liberè pro-  
cedit, neque unquam propterea impeditur expeditio supplica-  
tionis, sed quando provisi expeditur litteras bullatas, tunc  
juxta observatam consuetudinem solvunt annatam, quod si  
nunquam expeditur litteras prout consuevit multumque litteris  
non expeditur in aliorum favorem cedunt, illi cedentes aut  
sine cessione litteras non expedites nihil solvunt; & tamen  
verum est eis fuisse provisi, cum gratia ex sola signatura  
supplicationis perficiatur, 1. Sacri officii, cod. de divers. 84  
*recepti. c. Institutionis, ubi Turrecem. n. 1. 25. q. 2. glof.*  
*in reg. Cancell. 13. 51. ad finem, Calladorus dec. 36. super*  
*reg. Gomef. in reg. de non judicando juxta formam suppli-*  
*cationis q. 5. expeditio enim Bullarum non requiritur ad*  
*gratiam perfectionem, sed tantummodo ad illius probationem;*  
*& propterea nec fuit procedendum, nisi ubi agit de canoni-*  
*zanda gratia, ut in lexcentis decisionibus fuit à Rota ob-*  
*servatum, teste Cardinale Seraphino, decisione 775. numero*  
*secundo.*

Deinde hoc ipsum clarè ostenditur, quia si contingat unum  
& idem beneficium, sive illud sit de majoribus & consistoria-  
libus, qualia sunt Episcopatus & Abbatis, sive de minoribus,  
qualia sunt reliqua omnia in uno eodemque anno his vel  
pluribus vacare; & illud successivè duobus conferri annatae &  
servitii praedicta non exiguntur nisi semel, ut pro Regno  
Francie est expressum in antedicta Constitutione Gregorii  
XII. & praxis observat, quod non fieret si annatae & servitii  
exigerentur pro collatione & provisione beneficii & non pro  
parte illa fructuum quae debetur Camerae Apostolicae.

Tertio idem suadet, nam provisi qui docent alios esse  
intrusos in possessione beneficii quive ob aliquod aliud im-  
pedimentum beneficii possessionem statim non sunt habent,  
sive ulla solutione litterae relaxantur, facta duntaxat obli-  
gatione de solvendo cum habita possessione percipientibus  
fructus, licet nonnullam aliquibus ingruentibus causis solutio  
fiat in relaxatione litterarum, habita vel non habita possessione,  
ex lite cujus finis ignoratur, damnus aliquod Papae  
& reliquis participantibus proveniat. Sub illa etiam conditione  
intursum solvendi relaxantur litterae illis quibus facta est  
aliqua gratia beneficii sub aliqua conditione de certo cor-  
poris beneficii, ut sunt regressus & provisiones etiam sim-  
plices ubi fructus sunt illius reservati. Quod si fructus omnes  
aliis reservati non sint, sed illorum certa pars duntaxat aut  
super his certa annua pensio, collatarius seu provisor tantò  
minus solvit pro annata vel communis servitii quanta est pensio  
vel pars fructuum aliis reservata. Dixi de certo corpore bene-  
ficii, quia pro gratiis ad incerta beneficiorum corpora ut sunt  
expectativa, reservationes & aliae similes nihil solvitur nec  
ulla sit obligatio de solvendo in futurum. Similiter pro be-  
neficiis compermutatis cujuscumque sint valoris, item pro  
illis quorum valor non excedit viginti quatuor ducatos,  
quoquocumque modo illorum provisiones fieri contingit, provisi  
nihil solvunt nec promittunt. Quae omnia convincunt solutio-  
nem annatae & servitii non fieri pro collatione seu provi-  
sione, sed pro fructibus tantum, alioquin solutio fieri deberet  
etiam in casibus memoratis in quibus dubium non est quin fiat  
collatio seu proviso.

Quarto & ultimo aliis omisiss idem ostenditur, quia ex  
distributionibus quotidianis non solvitur annata neque com-  
mune & minuta servitii, ut in Extravag. Cum nonnulla, la  
prima, §. Praeterea de prob. inter communes; & ita sepius  
expediuntur provisiones Canoniciatum cum expressione quòd  
fructus non excedunt viginti quatuor ducatos & pro eis non  
solvitur annata neque servitii, tamen illorum distributiones  
quotidianae sint magni valoris, adeò ut multa ducatorum  
milia excedant. Idque non alia ratione, nisi quia distribu-  
tiones hujusmodi non veniunt appellatione fructuum, cap.  
ante de Cler. non resid. lib. 6. c. fin. §. In illis de concess.  
prob. eod. lib. c. Licet, supra de prob. & tenet Calladorus  
dec. 1. de Cler. non resid. & propterea non comprehenduntur  
in regulis Cancellariae de valore fructuum exprimendo, Felin.  
alios cumulans in c. Ad aures n. 14. de reser. Covarr. Felin.  
var. resol. c. 13. n. 1. & dixi plenius in d. c. Licet in primo  
notabili. Quod similiter demonstrat evidenter hanc solutio-  
nem fieri tantummodo ratione fructuum qui debentur Cam-  
erae, non autem pro collatione seu provisione beneficii,  
alioquin non constitueretur haec differentia inter fructus &  
distributiones quotidianas. Unde fit ut nullum vitium hic con-  
siderari possit, cum solutio annatae nullam habeat correcepti-  
vitatem ad collationem & jus Spirituale, sed tantum ad fruc-  
tus temporales ad Sedem Apostolicam pertinentes, ut notat  
Card. in c. Tua nos n. 3. in 3. not. & hic etiam Felin. n. 2.  
de simon. Nunquam enim datio mutus Spiritualium & tem-  
poralium simoniam inducit quoties una non causatur ab alia,  
ut formaliter inquit Antonius de Butrio in dicto capite Tua  
nos, numero tertio. Quamobrem si vir doctus & pius Joannes  
Gerson. annatarum & servitorum exactionem dicit esse simo-  
niacam, credendus est propterea hoc dixisse, quia falsè ei sug-

gestum est hanc solutionem fieri pro ipsa beneficii provisione  
seu collatione palliato nomine ac titulo primorum fructuum.  
Id quod ex ipsiusmet doctrina non obscure deprehendi potest;  
nam in tractatu summi Pontificis de statibus ecclesiasticis ponit  
sex conditiones de illa Papae & Cardinalium & pro quarta con-  
sideratione ponit haec verba; *Status praedictus potuit & po-*  
*test in substitutionibus temporalibus & honestis sustentationis*  
*prescribere de certo modo, vel quota subventionis factae per*  
*subditos in oblationibus, decimis & similibus, etiam ubi*  
*status praedictus aliunde statutus esset ex Patrimonialibus ho-*  
*nis, vel aliis; quemadmodum in Prælati decimis & Curatis.*  
Et infra proprius ad annatas, pro quibus consideratione sub-  
scripta verba infra scripta, videlicet: *Status praedictus dum*  
*recipit & quartis subventionibus conjunctas in oblationibus, de-*  
*decimis, vel annatis & similibus, non debet eo ipso de simo-*  
*niaca pravitate notari, nisi forte vitium aliud in execu-*  
*tionis modo concurrerit, quod vitium corrigi debet, non ob*  
*indè status minus, destrui, cultari, vel vitium aliunde de-*  
*betis destrudari, sicut ab infirmo tollendus est morbus, non*  
*substitutum, vel corpus destruentum, &c. Ex quibus Ger-*  
*sonis verbis perspicue apparet ipsum, ut supra diximus,  
fuisse deceptum ab impugnantibus annatas in Concilio Con-*  
*stantien. sicut enim illi suggestum annatarum & servitiorum*  
*exactionem fieri simoniacè ratione collationis, nomen-*  
*que primum fructuum & annatarum esse pretextum qua-*  
*situm ad palliandum simoniam. Quod cum dictis liquidò*  
*constet fallum esse; hinc sequitur ut Gersonis sententia stet*  
*potius pro annatis, quam contra illas. Praeterea verò, quia*  
*in eodem tractatu de simonia in responsione ad Primam*  
*objectionem dicit officio Papae deberi sufficientes beneficium*  
*& concedens, illud que subsidium posse, vel potuisse de-*  
*bitis circumstantiis observari accipi super fructibus inferiorum*  
*beneficiorum, ubi non est alter facta Papae sufficientes*  
*provviso tam ex jure Divino, quam naturali, praesupposito*  
*Divino.*

Opponitur ultimo, contra annatas sententia Francisci Du-  
aren Jurisconsulti Galli qui in tractat. de benef. lib. 6. c. 3.  
illius exactionem, necnon communium servitorum pluri-  
bus conatur exterminare; ait enim: Usitatum est apud nos  
& Leonina Constitutione firmatum genus veltigialis, quod  
vulgus annatam vocat. Nam cum primum recens electus est;  
à Regè nominatus, aut Episcopus, aut Cœnobiarca Roma-  
nus Pontifex anni interitus ejus beneficii percipit,  
eodque sibi statim solvi, ac repraesentari curat.  
Sed hoc loco Duarenus uno serè verbo duas protulit  
fallitates. Altera est quòd dicit anni interitus fructus, quos  
tamen certum est solvi pro dimidia tantum. Altera dum  
affirmat annatae solutionem fieri statim facta nominatione,

cum inter nominationem & expeditionem litterarum, quando  
solvitur annata, plerumque intercedant nondum menses, sed  
anni & saepe litterae nunquam expediuntur, nec solvitur an-  
nata. Deinde sic profertur. ( Sed quod unius anni sit,  
quidem à Bonifacio IX. inventum alià Joann. XXII. scri-  
bunt. ) Hoc itidem loco aliorum errore involvitur, cum lo-  
quatur tantummodo de Episcopatus & Monasteriis, pro  
quibus non annata, sed servitia solvuntur, quae ab im-  
memorabili tempore ante memorata Pontifices erant jam  
in usu.

Tertio subiungit saepe quæstum esse an jure possit exigi,  
& illam serè Theologorum & juris Pontifici Consultorum  
esse opinionem, Romanum scilicet Pontificem lege simoniaci  
ambitus, ut certus Episcopus teneri, si pro factis minime-  
riis pecuniam accipiat. Et mox inculcata auctoritate Con-  
ventus Basiliensis concludit his verbis: ( Quo se verant  
Pontifices quibuscumque Decretis, Constitutionibus, pacti-  
tisque hanc exactionem ceuantur, Divinum oraculum lem-  
per eis apponemus: *Gratis scilicet accepistis, gratis date.* )  
sed profectò non Divinum oraculum, sed magis prava auto-  
ris interpretatio obtrudit exactioni annatarum, cum in ea  
non vendatur titulus beneficii, nec jus exigendi fructus,  
quae spiritualia sunt, nec fructus debent beneficiario qui sunt  
spiritualibus annexi, haec enim omnia gratiis dantur, sed ven-  
dantur fructus temporales, qui beneficio non sunt annexi,  
sed detrahuntur ut res alienum & onus beneficio adjunctum;  
nec ulla injustitia in hoc considerari potest, quia Sedes  
Apostolica vendit quod suum est: nec species ulla simoniae,  
quia vendit quod temporale est & à spiritualibus monitum  
est à num. 79.

Denum ex sua conclusione idem Doctòr inferit corolla-  
rium adversus concordata Capitula inter Pontificem Roma-  
num & Regem nostrum, dicens: ( Quod cum ita sit, con-  
ventio inter Regem nostrum, Pontificemque Leonem inita  
turpis omnino ac inhonesta quibusdam videtur, ideoque  
pro non scripta haberi, ac rejici debere; tamen ut cetera  
capita ejusdem conventionis, quae à ratione, honestate  
que non adherent, nihilominus observentur.

Talis est Duarenus sententia audacis & temeritatis  
sura certè digna, quod spectat ad simoniam ex jam dic-  
tis satis superque constat. Quod autem pertinet ad  
Corollarium, cum decretum Conventus Basiliensis contra  
annatas universali ter reprobatum injussumque est  
impium fuerit & talis etiam sit pragmatica sanctio super  
ipso decreto Basiliensi fundata, hinc necessario consequitur  
ut conventio inter Leonem Decimum & Franciscum I. inita  
quam malignè carpit Duarenus, honesta prorsus, justa,  
laudabilis & inviolabili observatione digna sit.







# NE PRÆLATI VICES SUAS, &c.

*Idem Alexander III. in Concilio Turonen.*

## CAPUT II.

**Q**uoniam in quibusdam partibus Decani quidam, vel Archipresbiteri ad agendas vices Episcoporum, seu Archidiaconorum, & terminandas causas Ecclesiasticas, sub annuo pretio statuunt: quod ad faciendum gravamen, & subversionem iudiciorum non est dubium redundare: id ulterius fieri prohibemus. Quod si quis de cetero fecerit, removeatur à Clero. Episcopos autem, qui hoc sustinerit & Ecclesiasticam jurisdictionem sua patitur dissimulatione perverti, districtione Canonica percellatur.

### SUMMARIUM.

- 1 Jurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates deputandi in spiritualibus locare non licet.
- 2 Et concessiones etiam à Sede Apostolica facta censentur suspectas.
- 3 Locatio jurisdictionis super damnis bonorum Ecclesie illatis prohibita est.
- 4 Jurisdictio Ecclesiastica est quid spirituale, & simoniacum est illam vendere & numer. seq. usque ad numer. 12.
- 5 Jurisdictio etiam merè temporalis prohibetur vendi.
- 6 Jurisdictio res inestimabiles sicut patria potestas.
- 7 Jurisdictionem temporalem vendere proprie non est simoniacum: est tamen turpe lucrum, & ementes committunt simoniam laicalem.
- 8 Vicario, seu officiali Episcopus tenetur ex Camera sua salarium constituere.
- 9 Vicarius locat Episcopo operas suas, ut tenetur suis stipendiis militare.
- 10 Advocatus licet vendit patrocinium suum.
- 11 Episcopus tenetur ex officio sui debito jurisdictionem gratis administrare.
- 12 Jurisdictionis venditio redundat in subditorum gravamen & numer. 22. & 23.
- 13 Fructus & obventiones Ecclesiarum ex jurisdictione provenientes vendi non possunt jurisdictionem exercentis, etiam seorsim à jurisdictione.
- 14 Non provenientes vero ex jurisdictione exercentis, dummodo jurisdictione ipsa non vendatur.
- 15 Cancellaria an, & quando ab Episcopo vendi possit, aut locari sub annuo censu & numer. seq. usque in finem.
- 16 Notarii communiter creantur iudices ordinarii.

- 17 Et sunt Magistratus inter consentientes, habentque jurisdictionem habitu, licet non actu.
- 18 Et dicuntur iudices Cathedralium.
- 19 Item faciunt præceptum & garantigiam.
- 20 Eorumque jurisdictione prorogari potest de habitu ad actum.
- 21 Et possunt expedire ea, que sunt voluntaria jurisdictionis, si sibi committantur.
- 22 Notario, seu actuarii vendi non possunt fructus ex jurisdictione provenientes.
- 23 Clementis VIII. decretum ne Prælati Cancellarias suorum Tribunalium locent sed illas per proprios ministros mercede conductos exercent.
- 24 Pandecta, seu taxa mercedum in actibus Notariorum assignanda.
- 25 Episcopi, vel eorum ministri pro collatione ordinum, & litteris dimissoriis, seu testimonialibus nihil possunt accipere, etiam sponte oblatum.
- 26 Nec pro sigillo in collationibus beneficiorum etiam, ubi extaret talis consuetudo, n. 29.
- 27 Cancellarius pro singulis litteris dimissoriis, seu testimonialibus decimam annui auri partem potest accipere.
- 28 Item pro qualibet scriptura collationis, vel institutionis potest accipere mercedem suo labori convenientem, qua omnibus computatis unum aureum non excedat & n. 29.
- 29 Et quartam partem ducati pro examine testium in executione litterarum Apostolicarum, n. 31.
- 30 Dummodo ei nullum salarium pro officio exercendo constitutum sit & ex illius commodis Episcopo nihil emolumentum directè vel indirectè provenire possit.
- 31 Episcopo vel eorum Officialibus pro executione litterarum Apostolicarum, dispensationum Matrimonialium & presentatione enajubet receptis nihil accipere possunt.

**Q**uoniam. Summatum est in cap. precedenti. Dividitur in duas partes. Primò ponit excessum, quem expressa causa prohibet. Secundo penam addit hic. *Quod si quis.* Nota prohibitum esse jurisdictionem Ecclesiasticam vendere seu locare, ut hic & in c. precedenti, quod novissimè etiam sancitum est decreto Concilii Tridentini, cap. 11. *sess. 25. de reform. hic:* Nec liceat etiam jurisdictiones Ecclesiasticas seu facultates nominandi aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare, nec conductores per se aut alios ea exercere; aliterque concessiones etiam à Sede Apostolica facta suspectas censentur. Hinc casu jurisdictionis super damnis bonorum Ecclesiarum illatis sub certa annua pensione, ad hoc ut majori solertia bona Ecclesiarum conservarentur, locari quibusdam officialibus consueverit, S Congregatio ejusdem Concilii interpres respondit eo decreto id prohibitum esse, cum jurisdictione sit Ecclesiastica, quia jus redditu super damnis illatis & bonis Ecclesiarum.

Prima hujus prohibitionis ratio est, quia jurisdictione Ecclesiastica est quid spirituale, ut in cap. precedenti. Clavium enim potestas à Deo est, Matth. 16. S. Thom. in 4. diff.

18 *quæst. 1. art. 1. quæst. 1.* eamque Episcopus ratione sui officii gratis exercere debet, unde simoniacum est illam vendere, cap. Ex multis, c. Vendentes & c. Non solum 1. qu. 3. c. Decernimus, supra de iudice. Se tenet gloss. 1. hic & in c. precedent. Innocent. ad finem vers. Ita prelationem, Host. n. 6. vers. Quin imò, Joan. Andr. n. 3. Card. n. 2. Butr. Abbas, & Mar. Socin. omnes in primo notab. Altera ratio est, quia venditio seu locatio jurisdictionis redundat in subditorum gravamen & subversionem iudiciorum ut hic dicitur in littera. Ob quam rationem etiam jurisdictione merè temporalis prohibetur vendi, ne scilicet subditi prægraventur, ut in Authent. Ut iudic. sine quoque suffrag. & in Authent. de mand. Princ. §. Illud tamen, & notat in cap. preced. Innocent. vers. Ratio diversitatis, Host. n. 51. vers. Quod & prohibetur, Butr. n. 10. vers. Et dicunt Innocent. & Cardin. n. 2. Adh. Marian. Socin. ibidem n. 3. Jurisdictionem ipsam vendi non posse, quia est res inestimabilis, sicut patrie potestas, ut l. Falsa, Cod. de collation. Et quia ejus rei non videtur esse commercium, l. Inter stipulantes, §. Sacram, ff. de verb. obligat. & l. apud quem, secundum Paul. de Castro, d. consil. 84. per Fagnan. in V. Lib. Decretal.

*apud Julianum, §. fin. ff. de legat. 1.* Et quamvis vendere jurisdictionem merè temporalem proprie non sit simoniacum secundum Innocent. & omnes in cap. precedenti, est tamen turpe lucrum. Et sicut in jurisdictione Ecclesiastica committitur simonia spiritualis, ita in jurisdictione temporali committitur simonia laicalis, quia ementes jurisdictionem seculari & honorem, incidunt in crimen ambitus, ut in l. unie. Cod. ad Jul. de ambitu, secundum Host. in eod. c. preced. n. 6. vers. Quin imò.

Nec prædictis oblat quod non videatur illicitum dare pecuniam pro jurisdictione, nam quoniam hoc fit, cum Episcopus tenetur ex Camera sua Officiali, seu Vicario salarium constituere, c. Charitatem, & c. Quicumque, 12. qu. 2. & tenent in cap. prox. supra eodem, glossa secunda, Innocent. vers. Sed à contrario, Host. n. 5. in verb. de cetero præsumsit, Butr. n. 7. Card. n. 1. in opposit. Et reliqui, etenim ut respondet Butr. eodem n. 7. ut officium committatur datione pecunie ex parte suscipientis & dantis officium est illicitum, ut hic & in cap. precedenti, sed officium commissio datio pecunie ex parte committentis loco salarii ipsi, cui committitur est licita & non est simoniaci, ut in iuris prælegatis.

Ratio diversitatis est, quia Vicarius recipit mercedem sui laboris, locat enim Episcopo operas suas, nec ullo jure cogitur suis stipendiis militare, c. Cum ex officio, de præf. & c. Cùm secundum, de præbend. & sic alioquin datur salarium, in cap. Statutum, §. Assessorum, de respic. lib. 6.

Et sic Advocatus licet vendit patrocinium suum, ut in cap. Non sane 14. quæst. 5. At è converso Episcopus tenetur ex officio sui debito jurisdictionem gratis administrare, unde si pretium accipiat, ex eo quod vices suas officiali committat, videtur jurisdictionem ipsam vendere & simoniam committere ut hic in glossa prima. Præterea hoc tendit in subditorum gravamen, quia ut verbis utatur Abbatis in cap. preced. n. 4. Officialis vel nescit inducere ad extorcionem penam & modicam culpam facit graviorem & sepe puniet buriam, ubi punienda est persona. Idemque adnotavit Card. ibid. n. 1. in fine, vers. Quæro quæ sit ratio.

Ratio non obstat quod fructus & obventiones Ecclesiarum vendi possunt loco sub annuo censu, ut in c. fin. infra eodem, quoniam obventiones temporales vendantur non intelligi debet, si obventiones temporales vendantur non exercent jurisdictionem & alia fecit; sed Host. ibidem n. 5. ditinguit lic. Aut fructus & obventiones temporales proveniunt ex jurisdictione, & hoc casu verum est, quod ait Innocent. quia vendi non possunt jurisdictionem exercentis, etiam si vendantur seorsim à jurisdictione. Ratio est, quia cum sine jurisdictione non proveniant, qui illos venderet, jurisdictionem inveniendum non derelinquit, ut in c. si quis obijerit & c. Salvator, 1. qu. 3. Aut vero fructus, & emolumenta hujusmodi non proveniunt ex jurisdictione, & emolumenta hujusmodi non proveniunt ex jurisdictione, & tunc licet vendi possint etiam exercenti jurisdictionem, dummodo iudicium ipsa non vendatur, ita ut contractus non permittatur, sed committitur jurisdictioni simpliciter & ex altera parte fructus, argum. c. Ad questiones, supra de rerum permot. & hanc distinctionem Host. sequuntur ibidem Joan. Andr. n. 1. Butr. n. 10. vers. Oppono alterius, Card. n. 1. vers. Host. dicit Anchar. n. 1. Mar. Soc. n. 6. & alii communiter.

Hinc solvi potest quæstio, an liceat Episcopo Cancellariam vendere vel locare sub annuo censu, & quidem si fructus, & emolumenta Cancellarie vendantur, seu locentur non Officiali seu actuarii, sed extraneo qui nullatenus debeat se ingerere in negotiis Tribunalis, cessante omni fraude, venditio seu locatio non est illicita, quia etiam fructus, & obventiones hujusmodi proveniant ex jurisdictione, tamen non est prohibitum illos vendere jurisdictionem non exercenti, ubi contractus non permittitur, secundum distinctionem Hostien. communiter approbatam, de qua supra proxime. Neque vero hoc casu vigent pericula extorcionum, de quibus mox dicitur in sequenti membro, cum conductor in tribunalium nullum habeat ministerium, & hoc proprie non est locare Cancellariam, sed illius obventiones temporales duntaxat seorsim à jurisdictione.

Sin autem locentur Cancellaria, seu illius fructus, & obventiones vendantur Cancellario, seu Actuarii vel Notario, aut Magistro actorum, tunc locatio & venditio prohibita est, quia cum creantur Tabelliones, committitur etiam creator iudices ordinarii, & tales communiter se intulunt, ut testatur Angel. consil. 93. Visti, & respicit numer. 2. dicens se id vidisse in infinitis privilegiis, & Paulus de Cast. consil. 84. Visti, in primo, vers. si verò, lib. 1.

Et item ipso, quod Notarius constituitur est à Superiore iudex ordinarius, est Magistratus inter consentientes, & habet jurisdictionem habitu, licet non actu, ut notatur in l. 1. ff. de jurisdictioni. omn. iudic. & in l. fin. Cod. ubi, & apud quem, secundum Paul. de Castro, d. consil. 84. per Fagnan. in V. Lib. Decretal.

**c. Quoniam.** *apud præfertim num. 4. vers. Ex his sequitur.* Et dicitur Index Cathedralium, & habet jurisdictionem inter volentes & potest multa, ex quo radice habet jurisdictionis, ut 18 inquit Baldus consil. 105. factum tale est, num. 3. vers. Item potest, lib. 3. & tanquam iudex ordinarius facit præceptum 19 & garantigiam, ita ut habeat executionem paratam, plenè Tiraquel. de Constit. part. 8. limit. 30. num. 29. garantigiam enim videtur decretum iudiciale secundum Bald. in l. Non aliter num. 1. in fin. ff. de a. l. opt.

Supposita autem radice jurisdictionis habitualis, per deputationem ad acta censetur prorogata illius jurisdictione, hoc enim casu fieri potest prorogatio de habitu ad actum, ut notat Innocent. in cap. Prudentiam, de offic. deleg. & post eum Paul. de Castro loco citat. & consentit Barr. in l. 2. num. 14. Cod. de iure fisci, lib. 10. ubi dicit Notarium posse expedire ea, que sunt voluntaria jurisdictionis si sibi committantur, quia in hoc ipse est iudex, & de actuarii, seu scribario habente jus perhorum est textus in l. Eos, la prima, §. 1. iuncta gloss. ver. Scriba, c. de apell. & not. Bald. in l. Hæc consilium, §. Si quis autem, in fin. Cod. de Testam.

Quamobrem cum actuarius jurisdictionem habeat saltem voluntariam, consequens est ut fructus, & obventiones temporales ei vendi non possint, si sequamur opinionem Innocent. tenentis generaliter, & indistinctè obventiones temporales vendi non posse jurisdictionem exercenti, si sequamur opinionem Hostien. existimantis vendi non posse exercenti jurisdictionem obventiones & jurisdictione provenientes, etiam si seorsim à jurisdictione vendantur, quia cum sine illa non proveniant proprie hujusmodi connexionem venditio uno, neutrum inveniendum derelinquitur, ut in dict. cap. Si quis obijerit, & in hoc casu militat inconvenientia, que in venditione jurisdictionis considerat DD. & præfertim Cardin. in cap. preced. num. 1. in fin. vers. Quæro, quæ sit ratio, & plenius Abb. num. 4. nam actuarius conductor cum ex mercede actorum deducere debeat pensionem Episcopo perfolvendam, ut præter illam aliquid sibi lucratur, vendendum est ne taxæ augeat in actis, & instrumentis conficiendis, illique edendis partibus, quarum interest, & illas conceniat ut pecuniam extorqueat, ut in Auth. ut iud. sine quoque suffrag. col. 2.

Undè merito Sacra Congregatio negotiorum, & consultationibus Episcoporum, præposita lapsius respondit Episcopis non licere Cancellarias locare. Quin imò hoc ipsum probavit sanct. memor. Clem. VIII. ex ipsius Congregationis sententia, ut patet ex litteris hac de re scriptis ad Archiepiscopum Neapolitanum, quarum tenorem libuit hic inferre de verbo ad verbum, cum materia sit gravis & exemplaris. Est autem hujusmodi videlicet.

*La Santità di N. Signore col parere di si questi miei illustrissimi Signori della S. Congregazione sopra i Vescovi ha risoluto, che i Prælati non habbino ad affittar le Cancellarie de loro Tribunali, ma quelle devono far esercitare da ministri proprii da essi provisionati, senza dar loro participatione alcuna de' emolumentis, e proveniti di essi confidandosi che con questi popoli habbino da restar più sicuri da s'istioni indebite, & i poveri di conseguit più gratis di quelle, che possono far loro instrumti, se' anco sia licito ad ogniuno vendere, che non gl'ha gatto ageravio. Vuole anco Sua Beatitudine, che ogn'uno habbia la sua pandetta, d' ista delle mercedi de' officiali se'ja, & attaccata in publico nella stanza della Notari, di maniera, che chi tratta nel Tribunale possa à sua posta chiarirsi di quanto debba pagare. Di che hora do avviso à V. S. d'ordine della Santità Sua affinché ella per quello che tocca à lei costi effigisca, & per lettere comandati à tutti li suoi suffraganei di commissione di Sua Beatitudine, che facciano il medesimo senza replica alcuna, o quanto prima, perchè contro li negligenti si manderà commissario con se'ja, epoca loro reputatione. E se parese ad alcuno esserli ciò dannofo, habbia pazienza, perchè il guadagno deve consistèr solo nel servizio di Dio beneneto, e nella salute, e buona sodisfazione de' popoli.*

Di Roma 26. d' Agosto 1592.

Alii reddunt aliam rationem cur non liceat locare Cancellarium, quia scilicet Episcopi vel eorum ministri nihil proreus emolumentum etiam spontè oblati quovis pretextu accipere possunt pro collatione quorumcumque ordinum, nec pro litteris dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacunque de causa.

Notarii vero in his locis in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi pro singulari litteris dimissoriis aut testimonialibus, decimam annui auri partem accipere possunt, dummodo eis nullum salarium sit constitutum officio exercendo; nec Episcopo ex Notarii commodis aliquid quod emolumentum directè vel indirectè provenire possit, ut desoris verbis statuitur decreto Concilii Tridentini in cap. 1. sess. 21. Et Sacra Congregatio ejusdem Concilii



Interpres scripturae declaravit Cancellarium posse pro qualibet scriptura collatione vel institutione accipere mercedem suo labori convenientem, quae tamen scriptura, sigillo & ceteris omnibus computatis, unum aureum non excedat & dummodo ipsi Cancellario salarium nullum pro officio suo exercendo praestitum sit & ex pecunia quam accipit, nihil prorsus emolumenti collatores aut institutores etiam occasione sigilli ullo modo directè vel indirectè percipiant. Similiter sanctae memoriae Gregorius XIII. in causa Burgenis declaravit in collationibus beneficiorum Episcopum non posse pro sigillo aliquid capere, etiam ubi extaret talis consuetudo: Notarium autem, cui certum salarium pro suo officio constitutum non est, posse pro singulorum beneficiorum collatione, autem unum accipere in causam laboris scripturae, sigilli & ceterorum. Item Officiales Archiepiscoporum, & Episcoporum Regni Lusitaniae unum ducatum accipiebant pro executione litterarum Apostolicarum dispensatione Matrimonialium & ita etiam pro presentatione cujuscumque scripti: Notarii etiam pro examine testium capiebant alium ducatum & plus, minùve, juxta numerum illorum & laborum. Et quoniam in eis litteris solet apponi clausula. *Quod Episcopo & Officialibus deposita omni sine cujuscumque muneris & premii etiam sponte oblata, dispenfent, & Tri-*

denarium Concilium, in cap. 5. *sessio. 24. de reformat. Matrim.* tales dispositiones gratis omnino concedi jubet; quatuor Card. Portugalliae Legatus, an liceat dictis officialibus & notariis accipere id quod capiebant: Sanctissimus referente Congregatione Concilii decrevit Episcopus eorumque Vicarios nihil prorsus ea de causa accipere posse, Notariis autem licere duntaxat quartam partem ducati accipere. Quae cum ita sint, si Episcopus liceret Cancellarium locare, utique per indirectum consequeretur emolumentum ex mercede, quam licet Cancellario accipere in casibus memoratis, quod esset contra decretum dicti. cap. 1. & Apostolicas declarationes.

Verum haec ratio quamvis in se vera sit; tamen non est omnino adequata & vitari possit si Episcopus in locatore Cancellariae & taxatione annui census non computaret ea ex quibus nihil sibi, sed Cancellario duntaxat licet aliquid emolumenti percipere. Eo enim casu atenta ratione praedicta sustineret locatio, quia Episcopus pro litteris dimissorias, pro scriptura collationis vel institutionis, pro executione litterarum Apostolicarum & consimilibus, nihil emolumenti percipere directè vel indirectè; & tamen nihil hujusmodi caetera adhibita licitum esset Cancellarium locare, undè tutius est tenere quod superius dictum est.



DE MAGISTRIS ET NE ALIQUID EXIGATUR

PRO LICENTIA DOCENDI.

Ex Concilio Lateranen.

CAPUT XXXI.

Quoniam Ecclesia Dei sicut pia mater providere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non possunt, legendi & proficiendi oportunitas subtrahatur, per unamquamque Cathedralium Ecclesiam Magistro, qui Clericos ejusdem & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium praebetur: & infra. Pro licentia verò dicendi nullus pretium exigat, vel sub obtentu alicujus consuetudinis ab eis qui docent aliquid quaerat: nec docere quemquam qui sit idoneus, petita licentia interdicit. Qui autem contra hoc venire praesumpserit, ab Ecclesiastico fiat beneficio alienus: Dignum quippe videtur, ut in Ecclesia fructum sui laboris non habeat, qui cupiditate animi; dum vendit docendi licentiam, Ecclesiasticum profectum nititur impedire.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia Cathedralis & qualibet Collegiata, providere debet de una praebenda Magistro in Grammatica, qui Clericos ejusdem Ecclesiae & pauperes scholares gratis doceat, & n. 4.
- 2 Pro licentia docendi praetextu alicujus consuetudine nihil debet exigi vel promitti, ob hoc promissum remittitur & solum restituitur, & illam vendens est beneficium privandus & n. 4. & 12.
- 3 Legere volentes non sunt prohibendi si sint idonei, & contrafacientes puniuntur, ut hic.
- 4 Magister Grammaticae in Cathedrali vel Collegiata deputatus, tenetur gratis docere Clericos ejusdem Ecclesiae tantum, alios vero non, nisi sint pauperes.
- 5 Pauperes non dicuntur, qui opibus parentum sustentari

- valent.
- 6 Pater tenetur alere filios, etiam spurios de jure canonico.
- 7 Patris divitiae censentur divites filii, etiam nihil actus habentis.
- 8 Testimonium patris suffragatur filio, si ante statuto, ne quis admittatur ad officium, nisi habeat centum in bonis.
- 9 Filius habens patrem divitem potest promoveri ad sacros Ordines absque patrimonio.
- 10 Contrarium.
- 11 Quasi simoniacum reputatur pro licentia docendi aliquod pretium exigere.
- 12 Et quid servandum circa expensas in assumptione magistri vel doctoratus.

rum quae ad hoc sufficiat, faciat provideri. Ut Theologi possint haberi, Praelati & Capitula ad Theologiae studium aliquos mittere debent quibus providebunt si sui redditus eis non sufficient; & docentes in Theologia donec doceant & studentes per quinquennium integrè praebendam suarum fructus percipiant, consuetudine vel statuto contrariis non obstantibus hoc dicitur cap. primo in 1. part. secundum in 2. *part. & sit.* Quoad secundam partem summatur sic; pro licentia docendi praetextu alicujus consuetudinis nihil debet exigi vel promitti; ob hoc promissum remittitur & solum restituitur; idonei legere volentes prohibentur.

ber non debent contrafacientes officii & dignitatis privabuntur. Hoc dicitur e. *primum in 2. part. & c. in prima & c. 3.* Sed Antonius de Butr. summatur unamquamque Decretalem per se, quod facta placet, ut singula facilius intelligantur secundum Abbatem Maran. Socin. & Felinus. Undè haec prima summatur sic; Ecclesia Cathedralis providere debet Magistro de beneficio, qui Clericos ejusdem Ecclesiae & alios pauperes gratis doceat & vendens licentiam docendi, aut idoneum ad docendum impediens est beneficium privandus. Hoc statuit; sunt tres partes, in prima provideri mandat de Magistro in secunda factum irreprensibile inhihet, hic, *Pro licentia*, in tertia poenam imponit, reddens causam hic. *Qui autem.*

5 Nota primò, hic. *Pauperibus.* Quamlibet Cathedralium teneri providere de Magistro, qui Clericos ejusdem Ecclesiae & pauperes scholares gratis doceat; ergo alios Clericos non tenetur gratis docere, nisi sint pauperes, cap. *Quia nonnullis, infra eod. secundum Innocent. hic in ver. Eiusdem, Host. n. 1. Joan. Andr. n. 2. in eodem verb. & Butr. in 2. notat. à divitibus enim qui ejusdem Ecclesiae non sunt, licet potest accipere cum non propter eos habeat praebendam, argum. c. *Charitatem, in 2. qu. 2. cum similibus, ut per Innocent. in dict. c. Quia nonnullis, in prin. & c.**

6 Secundo nota hic, *Qui parentum opibus juvari non possunt.* Pauperes non dicit qui opibus parentum sustentari valent, prout ex hac littera dicitur Abb. Marian. Soc. & Felin. omnes in 1. notat. reddentes rationem, quia pater tenetur filii alimenta & alia necessaria subministrare, l. *Si quis à liberis, ff. de liber. agnoscend. etiam si sint spurii, secundum Canonem, ut c. Cum haberes in fin. super de eo, qui duxit in 2. Matrim. quam toll. per adaltes.* Itaque divitiae patris censentur divites filii etiam nihil actu habentis; quod pluribus more suo exornat Felin. n. 2. *vers. Nota ex eisdem verbis;* & in specie ex hoc notabiliter infert, ut sic statuto ne quis admittatur ad officium nisi habeat centum in bonis, ultimum patris hoc casu proli pro filio nihil in bonis habeat; ad quod semper allegat gloss. in l. 2. in verb. *Potestate, Cod. Qui aetate, lib. 10. qui dicit ultimum patris filii reputari: idem dicit Baldus in l. 2. in 8. col. vers. Item nota quod ultimum Cod. de liberis & eorum liber. & in l. final. in fin. Cod. de impub. & alii subst. & Bart.*

in l. 1. §. *Domini, il. terzo, n. 2. ff. ad Sillanum.*

Hinc etiam deducunt aliqui, ut quamvis Episcopus qui ordinavit Clericum ad sacros Ordines sine sufficiente titulo non habente de suo, undè vivat, teneatur ei vitæ necessaria subministrare; tamen hoc non procedat, si ordinatus habeat patrem divitem cujus opibus vivere possit, ut innuit textus in cap. *Episcopus, supra de praebend. in illis verbis; Nisi talis ordinatus de sua vel paterna hereditate subsidium vitæ possit habere.* Et hic hoc notat Decius num. 7. dicens idem sentire Joann. de Imol. *ibidem col. 2. vers. Ultimo potest notare;* quin imò ex hoc infert Surdus in tractat. de alimentis, tit. 7. *quæst. 37. n. 2.* ut etiam à principio Clericus promoveri possit ad sacros Ordines absque patrimonio si patrem habeat divitem, sed hoc non sunt admittenda post Concilium Tridentinum, cap. 2. *quæst. 21. ut plene scripti in dicto capite Episcopus, à num. 20. usque ad num. 30. de praebend.*

Tertio nota ex secunda parte textus & rubricæ, pro licentia docendi non licere aliquod pretium exigere contraria consuetudine non obstante, ut hic & in duobus cap. *seq. & idè hoc quasi simoniacum reputatur, ut hic & in gloss. in verb. Consuetudines, nam strictè & proprie sumpto vocabulo, in hoc dicitur committi simoniam & ita potest intelligi quod notat Vincent. in cap. *seq. & hic etiam Innocent. in fin. dicens hoc non esse simoniam, sed turpe lucrum; large tamen & improprie potest dici simonia, ut hic per Marian. Soc. n. 10. & Felin. num. 4. vers. in gloss. verb. Consuetudinis, & hoc denotat dictio illa, quasi, posita in gloss. quae regulariter est nota improprietatis, ut l. 3. §. *fin. ff. de vi, & vi armat. & notatur in c. 2. de praebend. lib. 6.* Hodie tamen circa expensas à scholaribus faciendas assumptione magistri vel doctoratus est provium per Concilium Viennense in Clem. *Cum sit animi, de Magistris.***

Providet hoc Capitulum circa Magistrum Grammaticae, secundum Joan. Andr. & sequaces in summa hujus tituli, ut dixi supra in principio. De Magistro autem Theologiae statuit cap. *fin. infra eodem, sed quia de utroque statuitur tam in cap. Quia nonnullis; infra eodem, quam in Concilio Tridentino, c. 1. *sess. 5. idè & nos de utroque agemus in praedicta Decretali. Quia nonnullis, ubi melius cadit.**



DE MAGISTRIS

Innocentius III. in Concilio Generali.

CAPUT IV.

Quia nonnullis propter inopiam & legendi studium & opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranensi Concilio pia fuit constitutione provium, ut per unamquamque Cathedralium Ecclesiam, Magistro, qui ejusdem Ecclesiae Clericos aliosque scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens beneficium praebetur; quo & docentis relevaretur necessitas & via pateret discipulis ad doctrinam. Verum quoniam in multis Ecclesiis id minime observatur; nos praedictum roborantes statutum, adjicimus, ut non solum in qualibet Cathedrali Ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, constituitur Magister idoneus, à Praelato, cum Capitulo, seu majori & saniori parte Capituli eligendus, qui Clericos Ecclesiarum suarum gratis in Grammatica facultate ac alios instruat juxta posse. Sanè Metropolis Ecclesia Theologum nihilominus habeat, qui Sacerdotes & alios in sacra pagina doceat & in his praesertim informet, quae ad curam animarum spectare noscuntur. Assignatur autem cuilibet Magistrorum à Capitulo unius praebendæ proventus; & pro Theologo à Metropolitanano tantumdem: non quod propter hoc efficiatur Canonicus, sed tamdiu redditus ipsos percipiat, quamdiu persistit in docendo. Quod si fortè de duobus Ecclesiis Metropolitanis gravetur, Theologo juxta modum praedictum ipso provideat: Grammatico verò in alia Ecclesia suae civitatis, sive Diocesis, quae sufficere valeat, faciat provideri.